faciem suam & adoraverunt. Et vidi qd aperuisset agnus
unum de septem signaculis. & audivi unum de iiii. animalibus
dicentem. tamquam voce tonitrui. Veni & vide. Et vidi
& ecce equus albus. & qui sedebat sup illum habebat arcum.
& data est ei corona. & exivit vincens ut vinceret.
Et cum aperuisset sigillum secdm audivi secdm animal dicens.
Veni & vide. & exivit alius equus RVFVS. & qui sedebat
sup eum. datum est ei ut sumeret pacem de terra. & ut
invicem se interficiant. & datus est illi gladius magnus.
Et cum aperuisset sigillum tertium
ego iohannes audivi tertium animal

37v

Image ID: 10686327



dicens · ueni & uide; Et ecce equus niger · & qui sedebat
sup eum · habebat stateram in manu sua · & audiui tamquam
uocem in medio iiii^or animalium dicentem; bilibris tritici
denario · & tres bilibres ordei denario · & uinum & oleum
ne leseris · & cum aperuisset sigillum quartum · audiui
uocem quarti animalis dicentis · Veni & uide; & ecce
equus pallidus · & qui sedebat super eum · nomen illi mors ·
& infernus sequebatur eum · & data est illi potestas
super quattuor partes terre · interficere gladio · &
fame & morte · & bestiis terre; & cum aperuisset sigillum
quintum · uidi subaltare dei animas occisorum · propter
uerbum dni · & propter testimonium · quod habebant · &
clamabant uoce magna dicentes · Usq; quo dne
scs & uerus non iudicas · & uindicas sanguinem nrm ·
de his qui habitant in terra · & date sunt illis singule
stole albe · & dictum ÷ illis · ut requiescerent tempus
adhuc modicum · donec impleantur conserui eorum
& fratres eorum qui interficiendi sunt sicut & illi · &
uidi cum aperuisset sigillum sextum · ecce terremotus
factus ÷ magnus · & sol factus ÷ niger · tamquam saccus
cilicinus · & luna tota facta est sicut sanguis · & stelle
cæli ceciderunt super terram · sicut ficus mittit grossus
suos cum auento magno mouetur · & cælum recessit
sicut liber inuolutus · & omnis mons · & insule de locis
suis mote sunt · & reges terre · & principes tribuni · &
diuites & fortes · & omnis seruus & liber · absconderunt
se in speluncis · & petris montium · & dicunt montib;

38r

Image ID: 10686328



Image ID: 10686329



39r

Image ID: 10686330



39v

Image ID: 10686331



do umquam apparuit. qui genus humanũ de potestate
diaboli redimeret. Quę redemptio. a ꝑtio est ueteris testa-
menti. Et ego flebam multum. qm̃ nemo dignus in-
4 uentus est aperire librũ. nec uidere eum. Iohannes in hoc
loco ꝑsonam gerit eoꝝ. de quib; modo diximus. Id. ē. pa-
trum ueteris testamenti. Flebant enim scī multum.
eo qd̃ misteria scripturarum sibi abscondita. nullus. eēt.
qui eis manifestaret. nullusq; esset qui genus humanũ
ꝑditum. de potestate diaboli erueret. Sed querendũ
nob. ē. cur dicat hunc librum a nullo posse uideri cum
superius dicat. qd̃ eũ in dextera sedentis sup̄ thronum
uiderit. Videbant namq; antiqui patres quoꝝ typũ
iohannes in hoc loco tenet ueteris testamenti librũ. &
non uidebant scd̃m spiritalem intelligentiã. Cum de senio-
5 rib; dix̃ m̄; ne fleueris. Vicit leo de tribu iuda radix dauid.
aꝑire librũ. & soluere signacula ei. Videtur m̄ eandem
significationẽ habere seniorẽ. quã & iohannẽ. quã etiã
anglm̄ fortẽ. significant enim patres ueteris testamenti:
Angls nãq; fortis interrogat
qs. eēt dign⁹ aꝑire librũ. Iohannes flet. eo qd̃ nullus
dign⁹ eēt. aꝑire librũ: senior u⁹ dicit. Quod ꝑ leonẽ id est
xp̄m aꝑiendus. eēt liber. Ꝑ anglm̄ igitur fortẽ idẽ sig-
nantur qui desiderantes aduentũ xp̄i: interrogabant
quo tẽpore uenturus. eēt. Iohannes u⁹ eos signat: q̄ flebant
eo qd̃ tanto tẽpore tardaret. Senior autẽ ꝓphetas
designat. q̄ dixerunt q⁹modo. & q⁹ tẽpore uenturus. eēt.
Ꝑ leonẽ igitur de tribu iuda. xp̄s intelligitur. qui ex

Image ID: 10686332



40v

Image ID: 10686333



Ca 5

mundi nascituri sunt. & cum anti xpo pugnaturi.
7 Et uenit & accepit librum de dextera sedentis super
thronum. Supius diximus per sedentem in throno xpm
designatum fuisse. Sed quia ipse dixit ego in patre.
& pater in me est. & qui uidet me uidet & patrem.
in hoc loco sedens in throno patrem designat.
Dextera uero patris filius est. Agnus autem homi-
nem quem xps assumpsit designat. Agnus ergo librum
de dextera sedentis super thronum accepit. quia homo
xps a sua diuinitate accepit. ut sacramenta diuina-
rum scripturarum reseraret. Et cum aperuisset
8 librum. iiii^or. animalia & xx^ti. iiii^or. seniores ceciderunt
coram agno. habentes singuli citharas & fialas
aureas. plenas odoramentorum. que sunt oratio
nes scorum. Querendum nobis est. quomodo ante rese
rationem sigillorum liber aperiri potuerit. Sed spirita
liter intelligendum est. Pphete namque aduentum
xpi. passionem & resurrectionem eius. aliquando
per quasdam figuras. aliquando apertis uocibus pre-
dixerunt. Sed patriarche in suis actibus hec omnia
prefigurauerunt. Xps ergo quando ex uirgine natus
est. quando passus est & resurrexit. & in celum
ascendit. librum ueteris testamenti aperuit.
quia que ibi significabantur. opere impleuit.
Postea uero ea que in ueteri testamento obscura erant
& in nouo. doctoribus ecclesie per inspirationem spus sci
aperuit. Que apertio reseratio est sigillorum. quod autem

41r

Image ID: 10686334



sequitur. quod quattuor animalia & seniores cecide-
runt coram agno. ad eosdem doctores ecclē ꝑtinet.
Quotiens enim natiuitatem. passionem. & resurrec-
tionem dñi ad memoriam reducunt. & quibuscum-
que modis hec ascīs patribus prefigurata. & apphe-
tis predicta sunt recolunt. quotiesq; hec que in
euangelio obscure posita sunt inuestigare non
desinunt. totiens eis liber signatus aperitur.
Cadunt uero corā agno. cum ꝑ meditationē diuinarū
scripturarum. considerantes in mensam clementiā
dī humiliant se in conspectu creatoris sui. & quan-
to se ꝑ humilitatem deiciunt. tanto amplius in
amore eius exardescunt. quia humilitas que fit
in conspectu dī. nutrit amorem dī. Ꝑ citharas autē
que animalia & seniores habuisse dicuntur. mortifi-
catio carnis designatur. Sicut dicit apls. Mortifica-
te menbra urā que sunt sup terrā. fornicationem.
inmunditiam. auaritiam. & cetera. Fiale uero aureę:
corda sunt scōr. spiritali sapientia repleta.
Que odoramentis plena fuisse dicuntur. Quid sint
autem odoramenta ipse exponit cum subiungit.
Que sunt orationes scōr. & ut hec odoramenta
ad dm̄ ascendant psalmista precatur cum dicit.
Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu
tuo. Et cantabant canticum nouum dicentes.
Populus nouus. cantat canticum nouum. Canticū
nouum. canticum est euangelii. Dignus es dñe

Citharas carnis mortificatio.

Fiale uero aureę. dōr corda.

Cantat nouum.

41v

Image ID: 10686335



9 ds accipere librum & aperire signacula eius. Hoc qd
dicit. ad humanitatem eius pertinet. Nam scdm diui-
nitatem nichil accipere potuit. qui omnia semp ha
buit. Cur autem dignus fuerit accipere librum &
soluere signacula eius. sub dendo manifestat. Qm occi-
sus es & redemisti nos deo in sanguine tuo. ex omni tri
bu & populo & natione. hic demonstrat ex omnibus
gentibus ecclam fuisse collectam. Nam fuerunt quidam
10 heretici. qui hoc negauerunt. & fecisti nos deo nro
regnu di. Sunt qui se & alios optime regere noue
Regnu & Sacerdotes. runt. Qui etiam & sacerdotes dicuntur. quia semet
ipsos cotidie igne caritatis succensi. p conpunctio
nem cordis & lacrimas. deo offerre consueuerunt.
sicut dicit psalmista. Sacrificium deo sps contri-
bulatus. Siue sacerdotes ideo dicuntur eo qd menbra
sint summi sacerdotis. de quo dicit psalmista.
Tues sacerdos in eternu scdm ordinem melchisedehc.
11 Et uidi & audiui uocem angelorum multorum in circuitu
throni & seniorum. & iiii. animalium: & erat nume
rus eorum milia milium dicentium uoce magna.
dignus est agnus qui occisus est accipe uirtutem.
12 & diuinitatem. & sapientiam. & fortitudinem.
& honorem. & glam. & benedictionem.
Per thronu & iiii. animalia & seniores. uniuersa
Ecclia cum suis doctoribus designatur. Angeli uero
Thronus. Alia. xxiiii. Seniores. qui thronu id est ecclam cinxisse uisi sunt. angli
sunt qui ad custodiam eccle adeo destinati sunt.

42r

Image ID: 10686336



sicut paulus apls loquitur dicens. Nonne omnes
ad ministratorii sunt sps in ministeriu missi. ppter
eos qui hereditatem capiunt salutis. Pmaximum
autē numerum. eoꝝ multitudo innumerabilis
designatur. Qui agnum magna uoce benedicere
dicuntur. quia ad quecumq; officia angli explenda
destinentur. a laudibus dī numquam cessant.
Et sicut hic liber in septenario numero totus con
sistit. utiq; septem dona sps sci ppheta in xpo requi
euisse dicit. Ita & septē benedictiones in hoc loco
ponuntur. quibus assiduę angli dm laudare dicun
tur. Omnē creaturā quę in cęlo est & quę inter
13 ra. & quę subtus tram. & quę sunt in mari & quę
in ea sunt. audiui dicentes sedenti in throno &
agno. P creaturā quę in cęlo erat. angeli. per eam
uero quę erat in terra. homines. p eam autem quę
erat subtus tram. hi qui iam debitum mortis
soluerant designantur. Qd uero dicit. & quę st
in mari. aquas maris intelligere debemus.
Per mare autē. locum in quo aquę continentur.
Qd uero subiungit & quę in ea sunt. pisces qui in
aquis morantur intelligere possumus. Sed si p
omnē creaturā quę in terra est. omnes homines intel
ligere possumus. quomodo oms homines dm laudant.
cum pagani & iudęi blasphematores dī potius dicen
di sunt quā laudatores. Inuenimus etiam & quosdam
flagitiosos qui xpiani uocantur. qui quamuis deuo

Quomodo omis creatura laudat dm.

42v

Image ID: 10686337



Ca 5

laudare uideantur. dn̄ non laudant. quia sicut dicit
scriptura. Non est speciosa laus in ore peccatoris.
Et si p omnem creaturam que in terra est om̄s animas
debemus intelligere. quoꝝ corpora in terra requie
scunt. quomodo hi qui apud inferos cruciantur.
dn̄ laudare credendi sunt. Sed p omne creaturā
que in terra. & que subtus terrā est. solos electos
debemus intelligere. qui & in terra operibus & uer
bis dn̄ laudare non desistunt. & in celis cum
dn̄o positi. a laudibus eius nunquā cessant.

mare ecclia. P mare uero ecclām. p aquas maris multitudinem
fidelium. p pisces qui in aquis cōmorantur. docto
[illegible] doctores. res ecclē possumus intelligere. Sequitur benedic
tio. qua fideles dn̄ assidue benedicere dicuntur.
Benedictio. honor. glā. & potestas. deo nr̄o in sclā
sclōꝝ. Benedicunt namq; electi assidue dn̄. cum
uerbis opa coniungunt. Et quattuor animalia
14 dicebant amen. Amen. Confirmatio sermonis est;
iiii.or animalia dicunt amen. cum sci predicatores
optant assidue. ut auditores eoꝝ in bonis opibus
magis ac magis proficiant. Et uiginti. iiii.or senio
res ceciderunt & adorauerunt. Uiginti. iiii.or
seniores in hoc loco eandem significationem habent
quā & iiii.or animalia. Seniores ergo cadunt & ad
orant. cum predicatores sci quanto amplius
auditores suos uident in bonis opibus pfecisse.
tanto magis se humiliant in conspectu dī. sic dicit

43r

Image ID: 10686338



scriptura. Quanto magnus es humiliate in omnib; et coram deo inuenies gratiam. Sequitur sigillorum apertio. que non nisi ad perfectionem diuinarum scripturarum pertinere credenda est.

Nam et ea que sub sigillorum apertionibus facta esse dicuntur. ad perfectionem ueteris ac noui testamenti pertinent. et sicut omne corpus electorum ex septem partibus consistit. ita sunt et septem sigilla que unicuique parti conueniunt. ad demonstranda ea que in diuinis scripturis obscure posita sunt. uel quid scorum patrum facta significent.

Apertio igitur primi sigilli. ad ea que ante diluuium facta sunt pertinet. Secundum uero sigillum ad patriarchas. Tertium ad eos qui sub lege fuerunt. Quartum autem ad prophetas.

Tres uero apertiones que residue sunt. ad nouum testamentum pertinent. Quinta autem apertio. ad martires pertinet.

Sexta. ad iudeorum deiectionem. et ad gentium uocationem. Septima. ad aduentum xpi pertinet.

Et cur in septimo loco aduentus xpi ponatur. in sequentibus dicemus. Sed querendum nobis est cur per uisionem quattuor equitum. apertio ueteris testamenti figuretur. Equus namque ex parte equi irrationabilis. ex parte uero presidentis rationabilis esse dinoscitur. Similiter et quedam precepta legalia ex parte litterę irrationabilia. ex parte autem allegorię ualde

corpus electorum constat ex vii partibus.

apertio sigil

De apertione sigillorum

43v

Image ID: 10686339



Ca: 6:

rationabilia ee. comprobantur. Et uidi cum
aperuisset agnus unum deseptem signaculis.
Apertio primi signaculi. ad ea que ante diluuium
facta sunt pertinet. Agnus igitur primum
sigillum aperuit. quando ea que ante diluuium
gesta sunt. doctoribus ecclesie qualiter spi-
ritaliter intelligerentur. spus sancti gratia
pate fecit. Et ut quid sit apertio sigillorum.
plenius manifestemus. De apertione singulo-
rum sigillorum pauca dicamus. In genesi
scriptum est: quia plantauerat ds paradisum
uoluptatis. in quo posuit hominem quem for-
mauerat. Qui diuersis arboribus consitus
esse describitur. Per paradisum igitur eccle-
sia. per arbores uero paradisi. doctores ecclesie
designantur. Et sicut arbores paradisi
uictum pomorum prebebant primis homi-
nibus. ita et doctores ecclesie uictum uerbo-
rum diuinorum animabus fidelium in eccle-
sia constitutorum prebere non desistant.
De ligno autem uite. et de ligno scientie boni
et mali superius diximus. Fons uero qui egredie-
batur de medio paradisi. euangelium significabat.
qui in medio scie ecclesie exoritur. Quinde in quat-
tuor capita diuidebatur. quia doctrina euange-
lii in quattuor libros diuiditur. et circuit omnes
terminos terre. Nam et adam xpm figurauit.

De apertione primi sigilli

44r

Image ID: 10686340



[illegible]

ęua uero ęcclesiam · & sicut ęua ex latere uiri dormien
tis facta est · ita & ecclā ex latere xp̄i in cruce penden
tis fabricata est · quia eius sanguine redempta & mun
data est a sordibus · Duo filii nati sunt adę · cain & abel ·
Cain populum iudeorum · abel uero xp̄m figurauit ·
Obtulit cain de fructibus terrę munera. ~~offerebat~~
id est primitias · decimas · sacrificia · & cetera quę in lege
iubebantur · Abel uero obtulit de primogenitis
gregis sui · & de adipibus eorum · Primogeniti gregis
sunt apl̄i · quos primos genuit ęcclā · & ex quibus
ęcclā nata est · Ad eps uero fides est aplorum · Obtulit
igitur abel de primogenitis gregis sui · & de adipib;
eorum · quia xp̄s aplōs quos de mundo elegerat · fidem
que illorum deo patri obtulit · Cain in uidia duc
tus eo quod respexisset dn̄s ad abel & ad munera
eius · interfecit eum · similiter & iudei uidentes
signa quę sua & patris uirtute xp̄s operabatur ·
interfecerunt eū · qui fr̄ illorum erat sc̄dm carnē ·
Maledixit ds̄ cain quod interfecisset abel fratrem
suum · dixitq; ei · qd̄ uagus & pfugus esset super
terram · Similiter & iudei non solum a deo · sed
a semetipsis maledicti sunt · quando dixerunt de
xp̄o · sanguis eius sup̄ nos · & super filios nr̄os ·
Sunt que uagi & profugi super terram ·
quia propriam sedem nullam habentes ·
per uniuer sas gentes
va gant ——— vr ·

44v

Image ID: 10686341



45r

Image ID: 10686342



45v

Image ID: 10686343



tibi arcam de lignis leuigatis · mansi unculas in arca facies ·
et bitumine linies intrinsecus et extrinsecus · et sic facies eam ·

cha noe

Trecentorum cubitorum erit longitudo arcae · quinquaginta cubitorum
latitudo · et triginta cubitorum altitudo illius · Arca ecclesiam ·
Noe uero fabricator arcae · xpm fabricatorem ecclesiae figurabat ·
Quae arca ex lignis leuigatis facta fuisse describitur · Per ligna
leuigata quae et aquas prohibuerunt · et uitam omnibus animalibus intra se constitutis seruauerunt · doctores ecclesiae
designantur · qui et doctrina cum scriptis suis aquas
diuersorum errorum ab ingressu ecclesiae prohibent · et uitam his
qui intra ecclesiam sunt · sua doctrina et exemplis seruant ·
Quae leuigata esse dicuntur · Idest ab omni asperitate
uitiorum emundata · Per mansi unculas uero quae in
arca fieri iussa sunt diuersi ordines in ecclesia designantur ·
Alius uero in coniugali ordine · alius in continenti ·
alius in monachico · alius in sacerdotali · dum deo seruire
student · quasi in diuersis mansionibus habitant ·
Per bitumen autem quo lita fuisse dicitur · diuina scriptura
designatur · Tabulae ergo ex quibus arca facta est
quas doctores ecclesiae significasse diximus · bitumine
intrinsecus et extrinsecus litae sunt · quia doctores
ecclesiae et intrinsecus liti sunt per sapientiam doctrinam
quae diuinarum scripturarum · et extrinsecus per opera
uirtutum · Trecentorum autem cubitorum longitudo arcae
fuisse describitur · quinquaginta cubitorum latitudo ·
et triginta cubitorum altitudo illius · Per longitudinem
igitur arcae fides · per latitudinem caritas · per altitudinem

46r

Image ID: 10686344



spes figuratur. Longitudo ergo arcę in trecentos
cubitos extenditur. quia fides nr̃a in confessione sc̃e tri
nitatis consistit; centenarius uero ꝑfectus est nume
rus. In trecentos ergo cubitos fides nr̃a presignata est
quia ęquã ꝑfectionem habet pater & filius. & sp̃s sc̃s:
Sicut scriptũ est. Qualis pater. talis filius. talis sp̃s
sc̃s. Latitudo nichilominus eius in quinquaginta
cubitos dilatatur in latitudine. quia fides ꝑ dilectio
nẽ operatur. sed non inconuenienter ꝑ quinquaginta
cubitos latitudinis. caritas figuratur. Septies enim
septem quadraginta nouem faciunt. qđ si huic
numero unũ addideris. quinquaginta inuenies.
Dilectio ergo ꝓximi non inconuenienter in septena
rio numero conprehenditur. quia sine septẽ uirtutib;
ꝑfici non potest. In septem uero septenis unusquisq;
fidelis dilectionem ꝓximi extendit. dũ quib; cumq;
modis necessitates aut aduersitates quę ꝓximis euenire
possunt. eisdem modis & ipse ad subueniendum para
tus existit. Verbi grã dum esurienti. nudo. hospiti.
egenti. in carcere posito. quę sunt necessaria ministrat.
dũ dolentem consolat. dũ iracundũ uerbo temperat.
dũ odiũ in corde gerentẽ pacificat. discordantes
~~quę~~ ad pacem reducit. dum eum qui in peccatis
iacet. ad penitentiã ꝓuocat. dũ ad uitã ęternam
quoscũq; potest secũ trahere studet. Et ut
breuiter dicã. quib; modis uult ut ei salubriter
ab alio subueniatur. eisdem & ipse quib; cumque

46v

Image ID: 10686345



potest subuenire paratus est. Ad septem autem
septenos si unum adiungas. quinquaginta fiunt.
Similiter et ad dilectionem proximi si unius dei
dilectionem adiungas. tota caritas integra atq;
perfecta inte efficitur. Altitudo uero arcę intrigin
ta cubitos exaltata est. quia ille uenialem spem
possidet. qui a fide scę trinitatis sicut nobis ab
aplis tradita est atq; ceteris documentis. neque
ope neq; credulitate discordat. Qui enim spem
sine recta fide deuita eterna possidenda sibi
usurpat. sine dubio semet ipsum decipit. quia
sine fide impossibile est placere deo. Altitudo itaq;
arcę a magna longitudine et latitudine exoriebatur.
et in cubito sursum consummabatur. quia caritas
quę ex fide nascitur. in magna latitudine erga pro
ximorum curam semetipsam extendit. Sursum
uero in cubito consummatur. quia omnis spes
fidelium atq; desiderium adunius dei uisionem
tendit. Quod autem noe ad iussionem dni ex
omnib; animantib; mundis et inmundis in
troduxit in arcam significat quod mali et boni
in ecclesiam introducuntur. Sed de mundis septe
na et septena. de inmundis uero bina et bina.
masculus et femina in arcam introierunt.
Per munda namq; animalia electi. per inmunda
uero reprobi designantur. Munda itaq; anima
lia in septimo numero ponuntur. quia illi soli

Sermo 6 Cap

Altitudo arche

Munda alia in septimario

47r

Image ID: 10686346



47v

Image ID: 10686347



iudei in egipto positi in tantum culturam dei reliquerunt · ut eo tempore quo moyses natus est pene nullus inueniretur · in quo spiritus sanctus habitare dignaretur · Et quodam modo gratia spiritus sancti ad eum redit a quo missa est · cum homines peccatores deseruit · Secundo emisit noe columbam ex arca · quia dominus gratiam spiritus sancti hominibus legem puro corde seruantibus dedit · Vespere autem qua columba ad noe redit · tempus quo xpus natus est designat · De hoc tempore dominus dicit in euangelio · Lex et prophete · usque ad iohannem · Quia post quam euangelium cepit predicari · circumcisio et multe obseruationes legales · nichil profuerunt · Quamdiu legis obseruatio deo placuit · tamdiu homines legem seruantes · spiritus sancti gratia comitauit · Et sicut columba ad uesperam ad noe redit · ita et spiritus sancti gratia iudeos in fideles deserens · quodam modo ad eum a quo fuerat missa reuersa est · Per ramum uero oliue legem possumus accipere · per folia autem uirentia · eos qui per legem salui facti sunt · Columba igitur ramum oliue cum uirentibus foliis more suo detulit · cum spiritus sancti gratia eos quos per legem saluauerat quodam modo optulit · Tertio noe columbam ex arca emisit · quando fidem euangelii seruantibus gratiam spiritus sancti dominus dedit · Que non est reuersa ultra ad eum · quia fides euangelii tamdiu cum electis manebit · usque dum ueniente domino ad iudicium · electi qui in hoc mundo inuenientur · rapientur coram domino in aera · et sic semper cum domino erunt · Ad demonstrandam

Ramus oliue

48r

Image ID: 10686348



48v

Image ID: 10686349

dicitur. Locus uero iherusalem designabat. in qua passus
est. Xp̄s locū ꝓcul uidisse dix̄. cum cotidie in templo
predicaret. quia quā uis iudei ꝓpe essent corpore.
ꝓpter incredulitatē tam̄ longe ab illo recesserant.
Dixitq; abraam pueris suis. Expectate hic cum
asino. ego et puer illuc usq; ꝓperantes. postquā
adorauerimus reuertemur ad uos. Similiter et
xp̄s expectare discipulos suos iussit. usq; dum
resurgens reuerteretur ad eos. cū diceret.
Om̄s uos scandalum patiemini in me in ista nocte.
Postquā autē resurrexero. p̄cedā uos in galileam.
Et cum cōprehenderetur. Dixit iudeis. Si ergo me
queritis. sinite hos abire. Tulitq; abraam ligna holo-
causti. et imposuit sup isaac filiū suū. Ipse uero por-
tabat in manib; ignē et gladiū. Diximus superius
ꝑ ligna peccata nr̄a fuisse designata. Ligna ergo
isaac portauit. quia peccata nr̄a xp̄s ꝑculit in
corpore suo sup lignū. ut peccatis mortui iustitie
uiuamus. Ꝑ manus uero habrae. potestas dn̄i
nr̄i ihū xp̄i intelligitur. In eius namq; pote-
state fuit ut moreretur. et ut non moreretur
si uellet. sicut ipse ait. Potestatem habeo
ponendi animā meā. et potestatem habeo
iterū sum̄di eam. Ꝑ ignē autē passio. ꝑ gladiū
eius mors intelligitur. Cumq; uenisset ad
ocum. edificauit altare. et desup ligna conposuit.
umq; colligasset isaac filiū suū. posuit eum

ligna peccata nr̄a.

Image ID: 10686350



49v

Image ID: 10686351



Abraham abstraxit arietem a uepribus.

de mittere canibus. Abraam autem a uepribus arietem abstraxit. atq; in holocaustum pro filio obtulit. quia pater filium. et ipse filius semetipsum ab amore impiorum iudeorum separauit. atq; hominem quem assumpsit pro salute generis humani in holocaustum obtulit. De eodem uero isaac scriptum est. quia habuit duos filios esau et iacob.

Esau et iacob.

Esau uenator fuit. et homo agricola: iacob uero simplex habitat in tabernaculis. Per esau populus hebraicus. per iacob uero populus gentium designatur. Isaac autem utriusq; genitor ~~genitor filiorum~~. Typum domini tenuit. qui utrumq; populum. et illum per legem. et istum per fidem filios sibi fecit.

Esau agricola fuit. quia iudeorum populus pro terrenis commodis deo seruiebat. Non enim dictum est ad illos: si pauperes fueritis spiritu. si mites. si pacifici. si misericordes. si persecutiones pro nomine meo sustinueritis. beati eritis. et merces uestra copiosa erit in celis. Sed dictum est ad illos.

Si custodieritis mandata mea et iudicia mea seruaueritis. dabo uobis pluuiam temporibus suis. et terra proferet germen suum. et pomis arbores replebuntur. et cetera que ad delicias seculi pertinent. Fuit etiam uenator. quia per effusionem sanguinum arietum. hircorum atq; uitulorum. dominum placare consueuerat. Iacob autem simplex habitat in tabernaculis. quia electi ex gentibus soli fide bonaq; uoluntate deo placere studuerunt. Per tabernacula uero. siue diuersas ecclesias. in quibus per uniuersum orbem una ecclesia catholica diuisa est. siue diuersos ordines possumus intelligere. Isaac diligebat esau. eo quod de uenationibus illius uesceretur.

Image ID: 10686352



50v

Image ID: 10686353



tentiam possumus accipe. Duos ergo hedos optimos.
iacob matri obtulit. quia p confessionem peccatorum
et penitentiam que uia est ad fidem euntibus. populus gen
tilis ad eandem fidem percipiendam properauit. Qui hedi optimi
fuisse dicuntur. quia ualde acceptabilis deo est. peniten
tia peccatoris. cum abrenuntiatione uitiorum. Sicut
ipse dicit in euangelio. Gaudium est in celo super uno peccatore
penitentiam agente. quam supra nonaginta nouem iusti.
qui non indigent penitentia. Per unum peccatorem populum gen
tium. Per nonaginta uero iustos. iudeos intelligi uolens.
Qui iusti ideo dicuntur. quia propter obseruationem legis
iustos se falso putabant. Nam ad eosdem iustos dominus loqui
tur in euangelio. Ve qui iustificatis uos coram hominibus.
deus autem nouit corda uestra. Qui in imperfecto numero ponun
tur. quia nullum ad perfectum adduxit lex. Per escas autem
delectabiles que isaac ad sumendum ex duobus hedis prepa
rate sunt. penitentie opera debemus intelligere. De his
escis loquitur iohannes baptista. Facite fructus dignos
penitentie. Per uestes uero ualde bonas quas esau id est
iudei domi reliquerat. optima precepta legis possumus
accipe. Vt est illud. Diliges dominum deum tuum ex toto corde
tuo. et ex tota anima tua. et proximum tuum tamquam te
ipsum. Et multa alia. sine quibus nullus iustus esse potest.
Hec sunt optime uestes. quas iudei domi. id est in ueteri
testamento reliquerant. eo quod ea obseruare nollent.
His populus gentilis indutus et ornatus ad dominum patrem cum
cibis operum bonorum perrexit. Cum cibis autem et panes

Image ID: 10686354



51v

Image ID: 10686355



percipiunt. qui eum usque ad infinem vite sue bonis operibus pla
care student. Idem vero iacob cum fugeret esau fratrem suum.
venit ad quendam locum. Cumque sub posuisset capiti suo
lapidem. dormivit illic. viditque in somnis scalam ad caput
suum a terra usque ad celum erectam. et dominum innixum scale.
angelos quoque dei ascendentes et descendentes per eam.
Per lapidem. xpus intelligitur. Fundamentum vero nostrum xpus est.
de quo apostolus dicit. Fundamentum enim aliud nemo potest
ponere. preter id quod positum est. quod est xpus ihesus. Caput
igitur super lapidem ponimus. si ex bonis operibus parietem
nostrum super xpm edificamus. Concordat huic sensui visio
scale. Duo namque ligna scalae maiora. que sunt ex utraque
parte. atque ab inferioribus ad superiora eriguntur. duo pre
cepta caritatis designant. Per gradus vero qui intrans versum
ex utraque parte his duobus lignis inseruntur. cetere virtu
tes designantur. Et sicut duo ligna nisi a gradibus. et
gradus nisi a duobus lignis contineri non possunt. ita
et caritas sine ceteris virtutibus. et cetere virtutes
sine caritate esse non possunt. Et quemadmodum diversi
gradus nisi in duobus lignis maioribus ex utraque parte
inserantur. ascensum hominibus prebere non possunt.
Sicut dicit iohannes apostolus. Qui enim non diligit fratrem
suum quem videt. dominum quem non videt quomodo potest
diligere. Et sicut scala ex una parte terram. ex
altera celum tangere visa est. ita et caritas ab
inferioribus proximis. a superioribus vero domino coniun
gitur. Unde et angeli dei per eam ascendentes et descen

gnificat scala
uidet in somnis
iacob.
scala iacob.

52r

Image ID: 10686356



dentes monstrati sunt · quia scōs dei qui ꝑ angelos
designantur · Aliquando amor dī ꝑ contemplationis
grām ad excelsa sublevat · Aliquando amor & cura
ꝓximoꝝ ad inferiora reducit · Dnm̄ autē innixum
scalę uidit · quia qui cūq; ꝑ iter uirtutū ad dnm̄ con
scendere satagunt · postquā uiā sui itineris finierint ·
dnm̄ omniū bonoꝝ auctorē · premiorūq; largitorem
inueniunt · cumquo sine fine gaudebunt ¶ Cū uero
idem iacob reuerteretur de mesopotamia sirię · uenis-
setq; ad iordanen · trans ductis omnibus que ad se
ꝑtinebant · remansit solus · Et ecce uir luctabatur
cū eo usq; mane · Cumq; uideret qd̄ eū supare non
posset · tetigit neruū femoris eius · & statim emarcuit ·
Dixitque ei · Dimitte me · iam enim ascendit aurora ·
At ille dixit · Non dimittā te nisi benedixeris michi ·
Et ait illi · Quo uocaris nomine? Respondit ei · iacob ·
At ille dixit · Non uocaberis ultra iacob · sed israel erit
nomen tuū · Per iacob in hoc loco · quilibet peccator &
penitens designatur · Quod uero iacob in figura
diu luctabatur cū angelo · illud significat qd̄ dn̄s dicit
in euangl̄o · Regnū cęloꝝ uim patitur · & uiolenti rapiunt
illud · Qui sunt autē uiolenti nisi peccatores & penitentes?
qui cum uident se ꝑ sceleribus suis · mortis ꝑpetuę · ee · reos ·
tandiu ianuā paradisi p̄cibus pulsant · usq; dū eis aditus
regni cęlestis aꝑiatur · Jacob ergo cū dn̄o luctatur · quo-
modo quilibet peccator ꝑtimescens pęnas ignis ęterni ·
tamdiu in p̄cibus ꝑsistit · usq; dū ei misericordia diuina

¶ De luctatione iacob cū angelo

¶ De pna.

52v

Image ID: 10686357



succurrat · sicut sequentia manifestant · Quicũ uideret
qd̃ eũ supare non posset · tetigit neruũ femoris eius ·
et statim emarcuit · Et quia libido ex femore nascitur · p
neruum femoris uoluptates carnales intelligi possunt ·
Neruũ igitur femoris peccatoris dn̄s tetigit · cũ omnia
desideria carnalia ex quibus peccata oriuntur · extinxit
Quia fieri non potest ut a peccatis abstineamus · quãdiu
in uoluptatibus carnalib; resoluti iacemus · Dixitq; ei ·
Angl̄s uidelicet qui in p̄sona dn̄i cũ eo luctabatur ·
Dimitte me · iam enĩ ascendit aurora · Ac si dixisset ·
desine iam p timore ignis eterni flere · quia iam tran
quillitas uitiis extinctis redit · que te in p̄ditionis foue
am demerserant · Et quia non satis p̄dest mala deserere ·
nisi et bona agere studeamus · Sequit̃ · Dixitq; iacob ·
Non dimittã te · nisi benedixeris michi · Idest a precibus
non cessabo · nisi me uirtutib; ditaueris · Ut qui usque
modo secundũ carnẽ uixi · a modo secundũ sp̄m uiuam ·
Dixitq; ei · Non uocaberis ultra iacob · sed israel erit
nomen tuũ · Idest non uocaberis ultra supplantator
uitiorũ · sed uocaberis uir uidens dn̄m · Et qui ante
flebas ne in infernũ demergereris · Nunc flebis eo qd̃
aliquo tempore a uisione omnipotentis dei elongeris
dicens cũ psalmista · Heu michi quia incolatus meus
p̄longatus est · Idem etiã iacob post luctamen quãcũ
angelo gessit · uno pede claudicasse scribitur · Qui n̄o
claudicat · sup sanũ pedẽ totus innititur · Altero pau
lis p terrã tangens · Duo igit̃ pedes · duorũ alimentorũ

Claudicatio iacob.

53r

Image ID: 10686358



genera designant. Sunt namque alimenta corporis
sunt et anime. Alimenta corporis sunt. cibi. potus.
uestimenta. Alimenta uero anime sunt. uerbum dei.
opa bona. Unusquisque igitur fidelis uno pede pau
lisp terram tangit. sup altero totus innititur. quia his
que sunt mundi tantum modo ad necessitates corporis
sub leuandas utitur. sicut dicit apls. Habentes
autem uictum et uestitum. his contenti simus. In ea uero
que ad salutem anime pertinent totus incumbit. ne ali
quando auia dei que salus anime est deiuet. Ad
apertionem secundi sigilli demonstrandam pauca de
multis diximus. nunc ordinem prosequamur.
3 Sequitur. Audiui secundum animal dicens. Veni et uide.
Id est intellige spiritaliter. que a patriarchis facta
4 cognouisti. Et ecce equus rufus. Color aureo
colori parump adpropinquat. ueluti si aureo colori
sanguineum admisceas. Non incongrue sci uiri qui
ante legem fuerunt huic colori comparantur. eo quod
et sapientia claruerunt que per aurum figuratur. et in
persecutionibus et aduersis constantes fuerunt. que
per sanguinem figurantur. Sessor uero huius equi dns
est. qui in scis suis habitat. Huic sessori datum est.
ut pacem sumeret de terra. Si pax bona est a deo.
de terra quomodo sumpta est. Sed est pax bona.
et est pax mala. Pacem malam filii dei ante diluuium
cum filiis hominum habuerunt. quando filias
eorum acceperunt. et suas eis dederunt. Ideoque cum

Sed equo rufus

Sumpsit pacem de terra

53v

Image ID: 10686359



illis aquis diluuii deleti sunt. Sed et filius israel precepit
dominus. ut fedus non inirent cum chananeis. neque filias
eorum acciperent. nec filias suas illis darent. Nam de pace
bona. et mala psalmista loquitur dicens. Cum electo elec-
tus eris. et cum peruerso peruerteris. Hanc ergo pacem dominus
de terra sumpsit. quando iustos homines ab impiis separauit.
mente non corpore. Et ut inuicem se interficiant.
A quibus pax ablata est. consequens est ut alius ab alio in-
terficiatur. Nam sepe iusti iniustos. et iniusti iustos in-
terficiunt. Sicut aran frater abrahe. secundum traditionem
iudeorum in igne chaldeorum. eo quod ignem adorare noluerit.
mortuus est. Sicut abraham. iiii reges pro suis impietati-
bus cum exercitibus interficit. Sicut filii iacob qui pro
stupro sororis. omnes sicimitas interfecerunt.
Per gladium autem magnum. aquas diluuii accipere possumus.
quibus omnis mundus deletus est. Possumus etiam
per gladium magnum. exterminium quinque ciuitatum in-
telligere. quorum habitatores igne et sulphure perierunt.
eorumque terram cum ipsis in abissum demersa est. Et cum aperu-
isset sigillum tertium. Sigilli tertii apertio. ad legem et ad
eos qui sub lege fuerunt pertinet. Ad demonstrandum
ergo tertii sigilli apertionem. placuit ut pauca de moyse
et de his que in lege irrationabilia esse. uidentur dicamus.
In exodo scriptum est. Quia cum natus esset moyses. ab-
sconditus est mensibus tribus aparentibus suis. Postea
uero fecit ei mater fiscellam scirpeam. et liniuit eam
bitumine ac pice. et posito intus infante. posuit eum

54r

Image ID: 10686360



Image ID: 10686361



Filia ergo pharaonis moysen apapirone sustulit.
quia ecclā exgentibus fidē xpi suscipiens. eundem xpm̄
audeis credere nolentib; abstulit. Filia uero pharao-
nis. filia uidelicet diaboli. populū exgentib; figurauit.
Postea cū idem moyses oues iethro cognati sui pasceret.
apparuit ei dns in igne flamme rubi. uidebatq; qd̄
rubus arderet. & non conburer etur. Possumus p rubū
qui flammas ex se p ducebat. & non cō burebatur. beatam
uirginem intelligere. que filiū dei ex suo utero p tulit.
& uirginitatem non amisit. Sed ppterea que secundū
p rubum xpm̄. ee. intelligendū existimo. secundum
qd̄ homo est. Flamma uero rubi. eius diuinitatem
figurauit. Rubus ergo ardebat & non cō burebatur.
quia filius dei hominē assumens. sicut eius diuinitas
non est mutata in humanitatem ut amitteret qd̄ erat.
sic nec eius humanitas p diuinitatem ardens. non est
absumpta — a diuinitate. ut amitteret humanita-
tem. Sed ex duabus substantiis humanitatis atq; deita-
tis. unus xps̄ p mansit & p manet. sicut scriptum est.
P fectus dns. p fectus homo. ex anima rationali. &
humana carne subsistens. Locutus est dns ad moysen
de medio flamme rubi. Ne adppinques huc. solue calcia
mentū de pedibus tuis. locus enim in quo stas scs est.
Videns uidi afflictionē populi mei qui est in egipto.
& gemitū eius audiui. & descendi liberare eum.
Sed ueni mittā te ad pharaonē. ut educas filios israel
de terra egypti. Et post pauca. Dixitq; ad dnm.

Image ID: 10686362



55v

Image ID: 10686363



Aperto tercio sigilli

uero · gentes designantur · Solue inquit calciamentum
de pedibus tuis · id est aufer odium et despectionem gentium
de corde tuo · Locus enim in quo stas terra sancta est · Id est
mundus in quo habitas · meo sanguine redemptus est ·
Et in sequentibus · dixitque dominus ad moysen · Quid est
quod tenes in manu ? At ille dixit · Virga · At illi ·
Virga proiecta in terram
Proice eam in terram · Quam cum proiecisset : uersa est in colu
brum · ita ut fugeret moyses · Dixitque ei dominus · Appre
hende caudam eius · Quam cum apprehendisset : uersa est in
uirgam · Per uirgam iudei designantur · Moyses uirgam
Virga iudei
in manu tenebat · quia apostoli populum iudeorum per amorem
in corde tenebant · totaque uirtute laborabant · ut eos
per doctrinam sancte predicationis ad salutem perducerent ·
Proiecit moyses uirgam de manu · quia apostoli uidentes iude
os in xpm nullo modo uelle credere · amorem eorum
a cordibus suis proiecerunt · Per colubrum uero diabolus
Colubrum
designatur · Versa est igitur uirga in colubrum · quia
iudei ex predicatione apostolorum deteriores effecti ·
qui ante dicebantur populus dei · facti sunt filii
et menbra diaboli · Fugit moyses · quia apostoli relictis
iudeis · transierunt ad gentes · Per caudam uero que finis
est corporis · iudei qui in fine mundi nascituri sunt ·
designantur · Moyses igitur caudam serpentis appre
hendit · atque in uirgam uersa est · quia predicatores
sancti in fine mundi iudeos quodammodo apprehendent ·
cum per eorum doctrinam ad fidem xpi conuertentur · atque
ex filiis diaboli · efficientur filii dei · Nam et illud

Image ID: 10686364



Image ID: 10686365



Image ID: 10686366



57v

Image ID: 10686367

ab renuntiat. Aque uero que pmuro eis erant
a dextris et a sinistris. fidem designabant nram. quam
in baptismate percepimus. que murus est nr. ex utraq;
parte defendens nos. et ab inuisibilibus hostibus et a
uisibilibus. Post transitum maris rubri uenerunt
in marat. ubi aquas amaras inuenerunt. quas bibere
non poterant. Et ostendit dns moysi lignum.
Quod cum misisset in aquas. in dulcedinem uerse sunt.
Aq marat. Per aquas amaras. lex moysi designatur. Per lignum autem
passionem xpi. eoqd in ligno crucis completa fuerit.
debemus intelligere. Populus igitur ex egypto egressus.
aquas amaras inuenit. quia legem acceperunt quam
implere non potuerunt. sed gentibus ad fidem xpi uenien
tibus amaritudo legis per passionem et resurrectionem xpi
in dulcedinem uersa est. que ab eis spiritaliter non carna
liter intellecta est. Illud etiam quod in helim duode
cim fontes repperierunt. et castra metati sunt iuxta
Duodecim fontes. aquas. eandem significationem habet. Per aquas namque
duodecim fontium. doctrina noui testamenti designatur.
que a duodecim fontibus idem a duodecim aplis per uniuersum
mundum emanauit. Per septuaginta autem palmas uetus
Septuaginta palme. testamentum designatur. eoqd interpretatio septua
ginta interpretum ad notitiam gentium usq; peruenerit.
His nichilominus intermissis. pauca de his que in lege
irrationabilia esse uidentur dicamus. Precepit dns
filiis israel. Non coques edum in lacte matris sue.
Et iterum. Non arabis simul in boue et asino. et non

58r

Image ID: 10686368



in duas uestem que ex lana linoq; contexta est. Quid enim
peccat quis si hedum in lacte matris coquat. Aut quid
agricola delinquit si cum bubus et asinis terram uomere
scindat? Aut quid offendit aliquis si uestem ex lana linoq;
contextam induat? Sed spiritaliter hec omnia intelligenda
sunt. Per hedum namq; unusquisq; peccator designatur.
Mater uero nostra primi parentes fuerunt. ex quibus omnes
per creati sumus. Lac uero matris uitia sunt. que de origi
nali peccato processerunt. Nisi enim originale peccatum
fuisset. uitium nullum esset. De hoc matris lacte
psalmista loquitur dicens. Ecce enim in iniquitatibus con
ceptus sum. et in delictis peperit me mater mea.
Hedus igitur in lacte matris coquitur. dum quilibet pec
cator igne uitiorum usq; ad diem mortis sue exuritur.
Precepit ergo dominus ne coquatur hedus in lacte matris
sue. id est ut peccator non sinat usq; in diem mortis sue
se in peccatis permanere. sed ante diem mortis sue
ad bona opera agenda reuocetur ne pereat. Non arabis
simul in boue et asino. Per bouem apostolos ceteros que
predicatores. per asinum populum iudeorum possumus
intelligere. Aramus uero. quando secundum traditionem
sanctorum nos met ipsos in bonis operibus exercemus. In boue
igitur simul et asino arat. qui cumque doctrinam apostolorum
traditiones que iudeorum simul seruare nititur.
A qua doctrina paulus apostolus galathas reuocare
studuit cum diceret. O insensati galathe. quis uos
fascinauit ueritati non obedire? Dico enim uobis:

Non coques hedum in lacte matris sue.

Non arabis in boue simul et asino.

58v

Image ID: 10686369



qm̃ si circũcidamini · xp̃s uobis nichil ꝓdest · Possumus
etiã ꝑ bouem quem libet sapientem predicatorem · per
asinum uero stultum intelligere · Precipitur ergo ut
non aretur simul in boue & asino · idest ut non copuletur
stultus sapienti in predicationis officio · Hoc autem
qd̃ dicit non induas uestem ex lana linoq; contextam ·
scd̃m supiorem sensũ possumus intelligere · Ꝑ lanam
namq; que uestis est ouiũ · doctrinã aplor̃ · ꝑ linum
uero qd̃ extra oritur · doctrinã iudeor̃ possumus
intelligere · Vestem ergo induimus · cũ nos metipsos
bonis opibus circumdamus · Ex lana autem linoque con
textam utitur uestem · qui cum traditionibus aplor̃ ·
etiam traditiones iudeor̃ uult obseruare · Precepit
etiam dn̄s moysi · ut si quis lepsus mundatus esset ·
ueniret ad sacerdotem · & offerret duos passeres sacer-
doti · Ex quibus ille unũ immolans · de currere faceret
sanguinem eius in aquã uiuentem · Et intinguens
passerem uiuum in aquas · in quibus sanguinem immolati
passeris de currere fecerat · Cum ligno cedrino lana
coccinea & ysopo aspergeret septies lepsum · Et tunc rite
mundaretur · Ꝑ sacerdotem xp̃s intelligitur · Duos uero
passeres · duũ testamentor̃ doctores intelliguntur ·
Ꝑ aquas autẽ uiuentes · ꝑcepta euuanglii designantur ·
De quibus dn̄s dicit in euanglio · Qui credit in me sic
dicit scriptura · Flumina de uentre eius fluent aque
uiue · Aquas uiuas uocat · eo qd̃ uitã eternã prestent
facientibus ea · Ꝑ passerem igitur immolatum · sicut

Vestis ex lino et lana contexta

De mundatione lepsi

Aqua sancta

59r

Image ID: 10686370



59v

Image ID: 10686371



Cap. 6

ꝑ lepsum designamur. ꝑ eorum inuocationem. & ꝑ aquam baptismatis abluit. Qui passer in aquis uiuentibus intingui iubetur. quia qui alios docet. diuinis scripturis doctum esse oportet. Nam sicecus cecum ducere temptauerit. ambo in foueam cadunt. Qui lepsus septies aspergi ꝑcipitur. quia nullius munditia sine donis. vii. spꝰ sci ꝑfecta esse potest. Quis enim sine timore dei. sine pietate. ceterisq; uirtutibus saluus esse potest. Sed cum unusquisq; a predicatoribus fidei qualiter uiuere debeat. secundum mandata dei docetur. septies aqua uiua aspergitur.

Hinc vii donis spꝰ sci nemo saluatur.

Post emundationem uero lepsi passer uiuus in agro auolare sinebatur. quia predicatores sci post expletum officium predicationis sue. in agro patrie celestis auolare ꝓmerentur. In alio quoq; loco scriptum est. quia precepit dns moysi ut offerrent filii israel sacerdoti caprum emissarium. poneret que sacerdos manus sup capud eius. & confiteretur sup eum peccata filiorum israel. & mitteret eum ꝑ hominem paratum in desertum. ut portaret peccata filiorum israel in desertum. Ille autem qui caprum emissarium in desertum ducebat. Non ꝑmittebatur in castra ingredi. nisi prius lauaret uestimenta sua.

Et hoc emissario.

Eandem significationem habet sacerdos. quam & caper emissarius. Significant enim dnm nrm ihm xpm. Sacerdos igitur sup caprum emissarium peccata filiorum israel confessus est. quia filius dei peccata generis humani sup hominem quem assumpsit posuit. ut ꝑ eis ipse moreretur. Ꝑ desertum uero. cuius habitationem

Hic sigc.

60r

Image ID: 10686372



60v

Image ID: 10686373



Et in hoc longitudinem uite nobis adquirimus. que
non nisi in celesti beatitudine constitutis datur.
De aptione tertii sigilli. pauca de multis diximus.
nunc ordinem prosequamur. Et audiui tertium ani
5 mal dicens. Veni et uide. Id est intellige spiritaliter
scripturam legis. Et ecce equus niger. et qui sedebat
Equus niger. doctores legis. sup eum habebat stateram in manu sua. Per equum nigrum.
doctores legis possumus intelligere. Nigredo enim
equi. siue obscuritatem legis quam docuerunt. siue
duritiam designat. Nam et moyses uelamen habebat
sup faciem suam. eo quod splendor uultus eius. id est spirita
lis intelligentia in lege. alippientibus oculis non
posset uideri. Sessor autem equi dns est.
Statera autem. equitatem iudicii legalis domonstrat
Vt est illud. Animam pro anima. oculum pro oculo. dentem
pro dente. pedem pro pede. et quale inflixerit quis ma
lum. tale et sustinere cogatur. Et audiui in
6 medio. iiii. animalium dicentem. Potest
per uocem que facta est in medio. iiii. ani
malium. Vox ecclesie accipi. dni misericordiam im
plorantis. Bilibris tritici denario. et tres
Bilibris tritici. bilibres ordei denario. et uinum et oleum
ne leseris. Magna sunt que protulit. et ualde
obscura. Per triticum ex quo panis optimus conficitur.
diuinam scripturam possumus accipere. que est
panis animarum. Due uero libre tritici. duo
testamenta designant. quibus diuina scriptura

61r

Image ID: 10686374



61v

Image ID: 10686375



cum designatur: ꝓpter asperitatē corticis sui medullā
continet. ex qua panis conficitur. ita et infra litteram
ueteris testamenti. spiritalis intelligentia continetur.
ex qua a magistris ecclē panis doctrinę spiritalis con
ficitur: ad nutrimenta fideliū ꝓficiens. Scribit enim
apls paulus. quia nullū ad ꝑfectū adduxit lex.
Nullum scilicet eoꝝ qui eā carnaliter intelligunt et ope
rantur. Eos uero qui eā spiritaliter intelligunt et operan
tur. ad ꝑfectionis culmen sine dubio erigit. Tres ergo
libre ordei dupplicantur. ut ad senariū qui ꝑfectus
est numerus ꝑueniant. cū uetus testamentū a doctorib;
ecclē primo historialiter. postea spiritaliter intelligitur:
eiusq; spiritalis intelligentia. operibus impletur. Ꝑ dena
riū autem eterna uita designatur. sicut dn̄s dicit in
euangl̄io. Precatur igitur eccl̄a dn̄m et dicit. Bilibris
tritici denario. et tres bilibres ordei denario. idest qui
duo precepta caritatis scd̄m doctrinā legis atq; ꝓphetaꝝ
patribus uidelicet ueteris testamenti. similiter et eis
qui uetus testamentū spiritaliter intelligunt et opan
tur. idest fidelibus ecclē. denariū uite eternę dignare
largiri. Per austeritatem uero uini. actiuā uitā. per
pinguedinē olei contemplatiuā possumus accipere.
Quod ergo dicit uinū et oleū ne leseris. tale est ac si
diceret. eos qui t̄ ꝑactiue uitę opa siue contempla
tiuę seruire studuerunt ne leseris. cū ad iudicium
ueneris. Sequitur. Et cū aperuisset sigillum
quartū. Apertio quarti sigilli ad ꝓphetas ꝑtinet.

Apertio. iiij.ta Sigilli.

62r

Image ID: 10686376



qui aduentum xpi. passionem. & resurrectionem eius.
uocationemq; gentium. & aperto sermone. & per uarias figu
ras predixerunt. Saluator igitur nr quartum sigillum aperuit.
quando intelligentiam prophetarum doctoribus ecclesie tribuit.
Sed de dictis prophetarum non est nobis necesse quicquam dicere.
eo quod ab eisdem doctoribus expositi sint. Et quia non solum
que a prophetis scripta sunt. sed et que ab eis gesta sunt.
spiritalem habent intelligentiam. pauca de his que per dauid.
heliam. & heliseum gesta sunt dicamus. In regum uolumine
scriptum est. quia cum dd uellet pergere ad pugnam contra
philisteum. dicit ad saul. Pascebat seruus tuus gregem
patris sui. & ueniebat leo uel ursus. tollebatq; arietem
de medio gregis & insequebar. percutiebamq; eos. eruebamq;
de ore eorum. Et illi consurgebant aduersum me. & apprehen
debam mentum eorum. & suffocabam. interficiebamq; eos.
Nam & leonem & ursum. interfeci ego seruus tuus.
Dauid xpm significat. Per leonem autem & ursum. persecu
tores ecclesie designantur. Per leonem imperatores. & ceteri prin
cipes terre. Per ursum iudei designati sunt. qui ecclesiam dei
persecuti sunt. Per arietem uero martires designantur.
Leo igitur & ursus uenit. atq; arietem de medio gregis
abstulit. quia persecutores quosdam de ecclesia fideles tulerunt.
atq; pro xpi nomine interfecerunt. Et sicut dd leonem
& ursum insecutus percussit. atq; arietem de ore eorum
eruit. similiter & redemptor nr quosdam ex persecutoribus
persecutus est. quando eis penam quam merebantur in pre
senti seculo irrogauit. Sicut primo herodi. & iterum secundo.

Dauid. qui interfecit leonem et ursum.

Leo.

Ursus.

Arietes.

62v

Image ID: 10686377



et tertio. et multis aliis. Percussit quippe. quando
eterna morte dampnauit. Arietem de ore eorum eruit.
quia populum fidelium de laceratione eorum liberauit.
Et iterum illi consurgebant aduersum dd. quia tempo
ribus persecutorum cum alii punirentur. alii contra
xpm insurgebant ut eius nomen atque culturam
funditus extinguerent. Sed dauid apprehendebat
mentum eorum et suffocabat. interficiebatque eos. Per men
tum quod ori eorum propinquauit. blasphemie uidelicet
atque paganorum designantur. Xps mentum persecutorum
apprehendit et suffocauit. interfecitque eos. quando
imperatoribus in xpm credentibus omnis cultura
et error gentilium ita suffocatus est. ut nullus persecu
torum auderet os ad blasphemandum xpm aperire.
omnesque extincti sunt credentibus in xpm gentibus.
Idem autem dauid cum ad bellum contra philisteum
iret. baculum suum tulit secum quem semper habebat
in manibus. elegitque sibi quinque limpidissimos
lapides de torrente. et misit eos in peram quam ha
bebat secum. et fundam manu tulit. et processit con
tra philisteum per baculum quo homo sustentatur
apli designantur. qui xpm quasi sustinuerunt
cum opus propter quod in mundum uenerat compleuerunt.
Sicut dicit apls paulus. dei enim sumus adiutores.
Per peram autem ei humanitas designatur. Per quinque
lapides. quinque libri moysi. quos in peram misit.
quia scientiam quinque librorum. homini quem assumpserat

Dauid apprehendit mentum uirtutum et leonum.

Baculus dauid.

Pera dauid.

63r

Image ID: 10686378



63v

Image ID: 10686379



Precidit dauid capud philistei · quia xp̄s a corpore
diaboli electoꝝ multitudinem separauit. Detulit illud
in ierusalem · quia multitudinem electoꝝ in celesti beatitu
dine · que ierusalem uocatur collocauit. De helia uero
et heliseo quāuis eoꝝ facta plena sint spiritalibus sensibus ·
ea tantum modo pferamus · que ad nō in euangelio cōme
morata sunt. Nam cū uenisset dn̄s in nazareth · dixerunt
ei conciues eius · quanta audiuimus facta in capharna
um · fac et hic in patria tua. Dixitq; eis · Amen dico uob̄.
quia multe uidue erant in diebus helie in israel · quando
clausū est celū · et ad nullā illarum missus est helias · nisi
in sarepta sidonie ad mulierem uiduā. Et multi lepsi erant
in diebus helisei in israel · et nemo eoꝝ mundatus est nisi
Naaman sirus. In regū uolumine scriptū est · quia cū
cepisset achab rex israel heliā psequi · precipiente dn̄o
abiit in desertum et sedit iuxta torrentem charib · corui
quoque deferebant ei panes et carnes mane · et panes et
carnes uespere · et bibebat de torrente. Helias xp̄m
figurabat. Per torrentem autē charib · legem debem
intelligere. Charib interpretatur mendacium · nonqd̄
lex mendacium sit. Solent namque prudentes pponere
auditoribus suis parabolas · ut aptius intelligantur.
ea que dicere uolunt · et introducunt bestias et aues loquen
tes. Quod si sola uerba parabolarum adtendas · mendaciū
esse pspicies · sin uero sensum · ueritatem pbabis. Similiter
et quedā precepta legalia si litterā tantūmodo adtendas
inutilia tibi uidebuntur · si spiritalem intelligentiam.

64r

Image ID: 10686380



ueritas tibi magna in littera refulget. Quedam igitur
precepta legalia iudeis mendaciū sunt. quia ea carnaliter
intelligunt. nobis autē ueritas. quia ea spiritaliter intelli
gere curamus. Per coruos uero sacerdotes iudeorū desig
nantur. uel amine cordiū suorū tenebrosi. p carnes inge
sacrificiū quod mane et uespe offerebatur. Panes autem
panes ꝓpositionis demonstrant. qui assidue in conspectu
dn̄i ponebantur. Bibebat uero de torrente. quia in obserua
tionibus legalibus xp̄s delectabatur. Post dies autem
multos siccatus est torrens. quia ueniente xp̄o in carne. 7
predicante. obseruatio legalis cessauit. atq; ab illo tempore
nihil profuit. Sicut dn̄s dicit. Lex et ꝓphete usque ad
iohannem. Et iterū dicit ad israel ꝑ ꝓphetam. Ne offeratis
ultra sacrificiū frustra. incensū ab hominatio est michi.
Neomenias et sabbata urā nonferā. iniqui sunt cetus uri.
Et dixit dn̄s ad heliā. Vade in sarepta sidoniorū. et ma
nebis ibi. Precepi enim ibi mulieri uidue. ut pascat te.
Qui consurgens. abiit in sareptam. Helias in sareptā
abiit. quia iudeos ꝑ fidos xp̄s derelinquens. ꝑ aplōs
suos transiuit ad gentes. Sarepta enim. succensa in
terpretatur. uel angustia panis. Gentiles quippe qui
erant ciuitas diaboli. et qui ꝑ sareptam designantur.
igne uitiorū succensi erant. De hoc igne scriptura dic̄.
Omnes uos accendentes ignē. accincti flammis.
ambulate in lumine ignis uri. et in flammis quas
succendistis uobis. Illi namq; flammis accincti sunt.
qui igne uitiorū undiq; exuruntur. qui et angustia panis

Corui sacerdotes iudeorū.

Sarepta sidoniorum.

64v

Image ID: 10686381



uocantur · quia nullus predicator umquam ad eos accesse
rat · qui pabulum uerbi dei eis impartiret · Cumque uenisset
ad portam ciuitatis · apparuit ei mulier uidua · colligens
ligna · Eandem significationem habet mulier · quam
et ciuitas · Significat enim ecclesiam ex gentibus congre
gatam · Vidua enim erat · quia dominum uirum suum pec
catis suis ex gentibus perdiderat · Et uocauit eam ·
dixit ei · Adfer michi paululum aque in uase ut
bibam · Minora petiit · ut ad maiora peruenire ·
Possumus namque per paululum aque quod animum
sitientis refrigerat uoluntatem audientium in
telligere · quia sicut sitientis linguam aqua refri
gerat · ita et predicatorum mentes · promptus animus
auditorum · Cumque illa pergeret ut afferret ·
clamauit postergum eius dicens · Adfer michi ·
et bucellam panis in manu tua · Quasi postergum
nobis est quod ignoramus · Helias ergo postergum
mulieris clamauit · quia predicatores sancti gentibus
dominum quem ignorabant predicauerunt · Vnde et
per bucellam panis · initium fidei possumus intelli
gere · Et quia illi competenter ad fidem ueniunt ·
qui student prius peccata sua confiteri · recte
subditur · Dixitque mulier · Viuit dominus deus tuus ·
quia non habeo panem · nisi quantum potest pugil
lus capere farine in idria · et paululum olei in
lechito · Lechitus uas erat · in qua oleum seruabatur ·
Possumus uero per farinam rationem · per oleum autem

65r

Image ID: 10686382



opa misericordie intelligere. Gentilis ergo populus cog
noscens se grauiter errasse. confitebatur nichil in se boni esse:
nisi tantum modo quod parum rationis. et parum ex operi
bus misericordie uideretur habere. Gentiles namque parū
rationis habebant. quia ex parte rationabiles. ex maxima
autem parte, ir rationabiles erant. Quid enim in rationabi
lius quam dicere ligno aut lapidi ds̄ m̄s estu? Habe
bant et parum misericordie. quia ipsa natura sepe eos
ad hoc impellebat. ut miseris subuenirent. Per uasa
uero in quibus farina et oleum continebatur. eorū corda
designantur. En colligo duo ligna. ut ingrediar. et
faciā illud mihi et filio meo. ut comedamus et moriamur.
Ligna que in ciuitate colliguntur. nihil utilitatis
habent. nisi ut igni comburantur. Per ligna igitur erro
res gentilium. diabolica fraude inuenti designantur.
Mulier ligna duo colligebat. quia gentilis populus.
ex doctrina philosophorum atq; poetarum. diuersos
errores colligebat. p quibus ꝑpetuo incendio traderetur.
Sed quid est quod dicit ut comedamus et moriamur?
Nos enim ideo comedimus. ut uitā in corpore seruem.
Hec autem ideo se dicit comedere ut moriatur. quia
doctrina gentiliū mortem magis infert quā uitam.
Ad quā helias. Vade et fac sicut dixisti. Verumpta
men mihi fac ex ipsa farinula sub cineritium panem
paruulum. et affer ad me. tibi autem et filio tuo. facies
postea. P panem fides. p cinerem uero. sepe penitentia
designatur. Sicut dicit beatus iob ad dn̄m. Ic circo

Duo ligna errores gentilium.

Panis fides cinis pn̄a.

65v

Image ID: 10686383

ipse me reprehendo. et ago penitentiam in fauilla et cinere.
Panis igitur cinere cooperitur. cum quilibet infidelis
ad fidem ueniens. primum studet deflere mala que fecit.
ut conuenientius ad fidem xpi percipiendam. que in baptis
mate datur accedat. Helias itaque precepit mulieri ut
ex farina panem faceret. sibique deferret. quia predicato
res sci gentes hortabantur. ut ex rationis bono quod
adonc perceperant. cibum fidei deo prepararent sibique ferrent.
Fidem namque unus quisque ad baptismum ueniens pre
dicatori defert. cum ad interrogationem sacerdotis qua
liter credat confitetur. Helias panem quod mulieri
precepit comedit. quia perfectus filiorum. merces est
predicatorum. Qua propter helias mulieri precepit. ut
sibi primum. postea sibi et filio suo panem preparet.
quia conuersio peccatoris. predicatori primo impu
tatur. Postea uero conuersus. panem sibi preparet.
cum in bonis operibus semet ipsum exercens. ut heres celes
tis patrie fiat optinet. Quod autem ait helias. hidria
farine non deficiet. nec lechitus olei minuetur. usque
in diem in qua daturus est dns pluuiam super terram.
Illud significat. quod fides ab electorum cordibus
bona que opera non deficient. usque dum dns ad iudicium
cum omnibus scis suis ueniat. Similiter et heliseus xpm
figurabat. naaman uero populum gentium. Multi leprosi
erant in israel. et nemo eorum mundatus est. nisi naaman
sirus. quia ueniente xpo in carne. et iudei et gentes.
lepra peccatorum suorum circumdati erant. Sed iudeis

Panis cinere cooperitur.

De heliseo et naaman

66r

Image ID: 10686384



miniquitate sua permanentibus: gentes alepra peccatorum
suorum mundate sunt. Precepit ergo heliseus naaman dicens.
Vade et lauare septies in iordane. et recipiet sanitatem caro
tua atque mundaberis. Abiit et lauit in iordane septies.
et restituta est caro eius sicut caro pueri paruuli: et mun
datus est alepra. Aqua iordanis. baptismum figurabat. eo quod
in ea xpus baptizatus sit. Naaman aquis iordanis ablutus
est. et alepra mundatus. quia populus gentium aqua sacri
baptismatis alepra peccatorum suorum est expurgatus.
Septena uero eius lauatio. septiformem spm scm figurauit.
per cuius operationem remissio peccatorum in baptismo datur.
Quia sicut corpus uisibiliter aquis baptismatis. ita
anima inuisibiliter per operationem sps sci a peccatis om
nibus emundatur. Gieri autem qui pretium sanita
tis naaman recepit. lepramque eius hereditauit. eos
designat qui doctrinam sue predicationis hominibus
uendunt. quos dns in euangelio non pastores. sed mercen
narios uocat. Heliseus igitur sanitatem contulit. et
gieri pretium accepit. quia ab eis quos diuina misericor
dia saluat. perversi doctores pretium sanitatis exigunt.
Et ideo heredes lepre eorum efficiuntur. quia in malis
que isti per gratiam dei contempserunt permanentes. dampna
tionem sibi perpetuam adquirant. De apertionibus quat
tuor ~~angelorum~~ sigillorum. que ad uetus testamentum per
tinere certum est: pauca de multis diximus. ut demon
straremus nihil aliud esse sigillorum apertionem. nisi
demonstrationem spiritalium sensuum: in ueteri testamento

¶ Aqua iordanis baptismum.

¶ Gieri

66v

Image ID: 10686385



que nob̄ ꝑ xp̄m facta est. Sequitur. Et ecce equus
8 pallidus. et qui sedebat sup eū nomen illi mors. et in
Equus pallid⁹ ꝓphete. fernus sequebatur eū. Videntur hec que de equite
quarto dicuntur. ad anti xp̄m ꝑtinere. Sed quia supe
riores tres equites in bonā partē interpretati sum⁹.
ut conuenirent cū apertionibus triū sigillorum. ordi
nis rectitudo cogit. ut et istum in bonā partem in
telligamus. quatinus concordet cū apertione quarti
sigilli. quā ad ꝓphetas ꝑtinere demonstrauimus.
Equus igitur pallidus. ꝓphetas significat. Pallor
uero diuersis modis accidit hominibus. Aliquando
namque pauore. aliquando languore. aliquando morte.
totum corpus occupante. multisq; aliis modis palles
cunt homines. Prophete igitur qui poplō peccanti
predicabant. quod in rapinā et gladium. et ꝑditionem
Sessor dn̄s. darentur. non inconuenienter colorem pallidum habu
isse dicuntur. Sessor huius equi dn̄s est. qui in ꝓhpe
tis suis inhabitauit. Sed ualde durum uidetur. quod
nomen mortis habuisse dicitur. Ipse enim uita est.
omniū electoꝝ suoꝝ: sicut ipse dic̄. Ego sū uita.
Sed si diligenter scripturas diuinas inspexerimus.
inueniemus dn̄m nr̄m etiā mortē uocari. Nā sicut
uita ē. omniū electoꝝ quib; cotidie uitā eternā largit̄.
ita et mors dici potest reꝓboꝝ. quos ꝓsceleribꝫ suis cotidie
morti tradit ꝑpetue. Ipse enī habet potestatē animā et
corpus ꝑdere in gehennā. Nom̄ ergo mortis habuisse
dicit̄. qui isr̄litico poplō peccanti mortem intulit.

67r

Image ID: 10686386



67v

Image ID: 10686387



aperuisset sigillum quintum. Quinti sigilli apertio.
sexti et septimi sicut diximus. ad aptionem noui testa-
menti ptinet. Et quamuis nouũ testamentũ aptio
sit ueteris testamenti. tamen multa in eo obscure po
nuntur. que necesse est ut exponantur. Igitur sigillũ
sextũ et septimũ saluator aperuit. quando ea q; pparabo
las ipse locutus est. et que figuraliter gessit. doctoribus
ecclẽ pate fecit. Sed de expositione noui testamenti non
ẽ. nob necesse quicquã dicere. eo qd ascis patribus mira
biliter et multipliciter sit expositum. Quinti itaque
sigilli aptio. ad martires ptinet. Quintum sigillum
xps aperuit. quando ea que pparabolas et quasdam figu
ras. de psecutione martirum. et glorificatione eoꝝ dixit.
doctoribus ecclẽ manifestauit. Aperuit etiam quintũ sigil
lum. quando eis celestẽ glãm quã pmiserat contulit: eosq;
in mundo apud homines clarificauit. Vidi sub altare dei
9 animas interfectoꝝ ppter uerbum dei et testimonium ihũ
qd habebant. Altare dei. xps est. Anime igitur scoꝝ:
sub altare dei qui escunt. quia sicut capiti supposita sunt
membra. eique coherent. ita et anime scoꝝ in celesti glã
constitute. xpo saluatori subiecte sunt. eiq; p coniuncti
onem menbroꝝ nectuntur. Et clamabant uoce magna
dicentes. Vsquequo dñe scs et uerus. non iudicas et uindicas
10 sanguinem nrm de his qui habitant in terra? Cum scrip-
tura precipiat malum p malo non reddere. Et dns dicat
in euanglo. diligite inimicos uros. benefacite his qui ode
runt uos. quid est quod sci in celestibus constituti ultio

Aptio quinti sigilli

Vidi sub altare dei

68r

Image ID: 10686388

nem de inimicis suis expetunt? sed scimus scōs dei diē
ultimum desiderare. in quo & corpora. & mercedem plenā
laborum suorum ad nō percipient. Nam hunc diem dn̄s deside
randum esse discipulis suis manifestauit. cū signa diei
iudicii prediceret dicens. Cum autē uideritis hec fieri.
respicite & leuate capita ur̄a: qm̄ adppinquauit redemp
tio ur̄a. Et in oratione dominica assidue petimus. ut
aduenīat regnū tuū. Verum quia scōrum resurrectio
atq; glorificatio in die iudicii fiet. & dies iudicii dampna
tio erit impiorum. sci ultionem de inimicis suis postulant.
quando petunt ut dies dn̄i ueniat. quia eo die dampnatio
ne ppetua dampnabuntur. Sed hic questio oritur cur
sci diem dn̄i desiderent. cum ppheta dicat. ue desideran
tibus diem dn̄i. Scimus namque diem domini damp
nationem esse iniquorum. sicut iam diximus. Et
quid necesse fuit pphete dicere. ue desiderantibus diē
dn̄i cū nullus impius repperiatur. qui aut mortem
suam aut diem dn̄i desideret eo qd̄ in eo dampnari
metuit? & quia uerū est quod ppheta dixit. inuesti
gandū nob̄ est qd̄ significet. Dampnatio quippe
impiorum. sunt peccata. Quicumque ergo cum scorto
coire desiderat. dampnationē suam desiderat. qui
equū aut bouem. aut aliquid huic rei simile furari
desiderat. dampnationē suā desiderat. Qui dampnū
aliquod pximo inferre desiderat. dampnationem
suam desiderat. Igitur quia dāpnatio impiorum erit
dies iudicii. qui cumq; ea scelera cōmittere desiderat

¶ Dāpnatio impiorum sunt pecca.

68v

Image ID: 10686389



pquibus in die iudicii dampnabitur. diem dni. id est
dampnationē suā desiderat. Et date sunt illis singule
stole albe. Stole albe. glā est scārum animarum.
Singulas stolas albas sci dei nunc possident. quia corpo
ribus in terra qui escentibus. stolis anime beatitudinis
eterne pfruuntur. Binas stolas tunc pcipient. cū post
resurrectionem anime cū corporibus glām celestis
patrie sine fine possidebunt. Et dictū est illis ut requi-
escerent tempus adhuc modicū. donec impleantur con
serui eoꝝ et fratres eoꝝ. qui interficiendi sunt sic et illi.
Tempus modicū. tempus est usq; ad diē iudicii. Quod mo-
dicū idcirco dr. qa in comparatione futuri temporis ualde
est modicū. Sci ergo qui hoc desiderant ut dies iudicii fiat.
in qua et corpora et mercedē plenam laboꝝ suoꝝ recipiant.
tēpus modicū expectare iubentur. donec impleatur nume-
rus fratrū eoꝝ. quia dies iudicii non ueniet. usq; dū implea
tur omīs numerus electoꝝ. Sed querendum nob est.
cur sole anime pxpi nomine interfectoꝝ. Sub altare
di qui se et stolas singulas accepisse legantur. cū omnes
anime electoꝝ sub hoc altari qui escant. easdemq; stolas
et ipse possideant. Pannimas igitur interfectoꝝ. non
solum martires. sed et omnes anime iustoꝝ debemus
accipere. eoqd et ipsi mundo sint mortui. ut deo uiuerent
sicut dicit apls. Mortui enim estis. et uita uā ab
scondita est cū xpo in deo. Et desemet ipso dic. Michi
mundus crucifixus est. et ego mundo. Et omnes qui
uolunt pie uiuere in xpo ihu psecutionē patiuntur.

69r

Image ID: 10686390



& p multas tribulationes oportet nos introire in regnū
dei. Sed & iohannes auctor huius libri calicem dñi
bibisse describitur. cum sine gladii p emptione qui euerit.
Et cum aperuisset sigillum sextum. Sigilli sexti aptio. ¶ Aptio sexti sigilli
ad iudeorum deiectionē sicut diximus. & ad gentium uoca
tionem ptinet. Et quia xp̄s de iudeorum pditione. & de gen
tium electione multa p parabolas est locutus. quedam
etiam gessit que hoc designauerunt. Sextum sigillum
aperuit. quando doctoribus ecclē ea que p figuras dixit
& fecit. p inspirationis sue grām pate fecit. Aperuit etiā
sextum sigillum. quando ea que predixit. ope impleuit.
12 Terre motus factus est magnus. P terrā in hoc loco
iudei designantur. Terremotus factus est magnus.
quando a romanis hec gens est deuastata. Et factus ē. sol ¶ Sol niger
niger tamquā saccus cilicinus. P solem id ē. iudeorum
populus designatur. Sol igitur factus est niger tamquā
saccus cilicinus. quia populus iudeorum q̄ ppter cognitio
nem unius dī. & ppter custodiā legis. uelut sol in mun
do refulgebat inter ceteras gentes. factus est omnibus
hominibus odiosus. ppter iniquitates suas. Sacco namq;
penitentes uestiuntur. ut indicent se. ee. peccatores.
Sol ergo nigredinem sacci habuit. quia omnibus gen
tibus facinora iudeorum patuerunt. Et luna facta
est sicut sanguis. Eandem significationem habet
luna. quā sol. Significat namq; sinagogam.
Luna ergo speciem sanguinis habuisse uisa est. quia
omnibus claruit. iudeos ppter effusionem sanguinis

69v

Image ID: 10686391



70r

Image ID: 10686392



70v

Image ID: 10686393



§ Arbor fici · sub auditur · pessime ꝑibunt · Sed & arbor fici · quam dñs
ante passionem maledicendo aridã fecit · eo qđ in eo fruc
tum non repperisset eosdem iudeos designauit · quos
maledictione ꝑpetua dãnauit eo qđ millis fructum
fidei nullũ repperisset · Post hec uidi quattuor anglõs
stantes sup iiii^or angulos terre · Iudeoꝝ deiectione
premissa · nunc qualiter ecclã ex gentibus congregata
fuerit · narrare inchoat · ꝑ iiii^or quippe angelos · iiii^or
regna designantur · Assirioꝝ scilicet · ꝑsarum · macedo-
num · adq; romanoꝝ · Sed quia potestas · iiii^or regnoꝝ ad
solos romanos transierat · ꝑ iiii^or anglõs · soli romani in
telliguntur · quia potestatem sibi quattuor regnoꝝ uin
dicauerant · ꝑ iiii^or anglõs uniuerse gentesq; intra iiii^or
mundi plagas continentur designantur · quas sibi roma
ni subiecerant · Tenentes iiii^or uentos terre neflarent
sup terrã · neque sup mare · neq; in ullam arborem · ꝑ
uentos qui nubes excitant · ut terram irrigantes ·
faciem eius hilarem reddant · ac fructiferã faciant · pax
cunctis mortalibus optata designatur · que & mentes
hominũ letificat · & ut ꝓpriis utilitatibus deseruiant
facultatem tribuit · Ꝑ terrã & mare omnes gentes figu
rantur · Ꝑ arbores autẽ · hii qui inter eos principatum
tenebant · Quattuor ergo angli · iiii^or uentos
tenebant neflarent sup terrã · quia romani qđ ꝑ iiii
anglõs designantur omnẽ terrã cedibus & rapinis
& mortalitatibus hominũ replentes · non sinebant genus
humanũ pacatũ esse · ac quietũ · Et uidi alterũ

De electione gentium

ꝑ uentos pax.

71r

Image ID: 10686394



71v

Image ID: 10686395



Cu 7

Sed querendū nob̄ est. cur ex omni tribu filiorū israel congre-
gati ee. dicantur. cum multo plures ex gentibus quā ex iudeis
crediderint. Verum si interpretationes nominū adtendimus
in nominibus. xii. tribuū omnes ad electos ꝑtinent. Ex tribu
5 iuda. xii. milia signati. Ex tribu ruben. xii. milia signati.
Ex tribu gad. xii. milia signati. Ex tribu aser. xii. milia
6 signati. Ex tribu neptalim. xii. milia signati. Ex tribu
manasse. xii. mil̄ signati. Ex tribu simeon. xii. mil̄ signati.
7 Ex tribu leui. xii. mil̄ signati. Ex tribu isachar. xii. milia
signati. Ex tribu zabulon. xii. milia signati. Ex tribu
8 ioseph. xii. milia signati. Ex tribu beniamin. xii. milia
signati. Iudas prior ponitur. beniamin uero ultimus
Quod si interpretationes nominū inspicere uoluerimus.
iudā inferiorem in penitentia. beniamin uero superiorem reperiemus in patria.
Nam qui ad dn̄m conscendere desiderat. a minoribus incipit.
ut gradatim crescendo ad maiora ꝑueniat. Sic dic̄ psalmista.
Ibunt de uirtute in uirtutē. et quia sc̄i ad dn̄m ꝑ uirtutū
conscendunt sub iungit. Videbitur ds̄ deorū in sion. Iudas
confessio interpretatur. Iudas ergo prior ponitur. quia
quicūq; post peccata ad dn̄m conuerti desiderat. necesse
est ut primo confiteatur peccata sua. sicut dic̄ aplus
iacob. Confitemini alterutrū peccata urā ꝑ orate pro
inuicē ut saluemini. Videlicet ut ꝑ confessionē peccatorū
et penitentiā. dn̄m sibi placabilē faciat quē offenderat. et
quia qui salubriter penitet et deflet mala q̄ fecit gaudiū
in celo facit oculos misericordie dei ad sē conuertit. sicut
dix̄ dn̄s. Conuertimini ad me et ego reuertar ad uos.

72r

Image ID: 10686396



Ruben ii^us ponitur. qui uisionis filius interpretatur. Quia ꝑ peni
tentiam uisionis factus est filius qui erat antea filius ꝑditio
nis. Post ruben gad sequitur. qui accinctus interpretatur.
quia necesse. ē. ut qui penitet se mala gessisse & petit ne in
eisdem relabatur. contra omnia uitia armetur uoluptates
q; carnales a se precidat. Quia non potest fieri ut a peccatis
abstineat qui in uoluptatibus carnalibus requiescit.
Et quia qui contra uitia pugnat uiriliter. iam beatus esse
incipit aser in ordine ponitur. qui beatus interpretatur.
Post aser neptalim ponitur. qui dilatatio mea interpretatur.
Omnis enim qui scit se dn̄m offendisse & uult ut ei misericordia
diuina succurrat debet & ipse misereri quib; cumq; potest.
& quomodo potest. Sicut dic̄ dn̄s. Beati misericordes
qm̄ ipsi misericordiā consequentur. Illius quippe mens
circū quaq; dilatatur. qui ꝑ dilectionē quā ꝓximis exibere
debet omnibus quibus cumq; potest miseretur. Post nep
talim ponitur manases qui oblitus interpreta
tur. Quia expedit ut qui peccata sua deflet: qui elemosi
nas pauperibus largitur. ut peccata eius dimittantur.
eadem peccata ita deserat. quatinus ea penitus oblitus
ēē. uideatur. Et ideo simeon sequitur. qui ex auditio
inc̄ pretatur. Ille enī ꝓ malis quę fecit deprecans ut ei
dimittantur adeo exauditur. qui omīa uitia ex toto deserit.
Deinde leui sequitur. qui additus siue assumptus inter
pretatur. Quia qui de peccatis quę fec̄ iam penitentiam
exercuit qui contra uitia pugnauit ea quę deuicit.
quia erga indigentes misericors extitit atq; his opibus

72v

Image ID: 10686397



hoc ꝑ meruit ut eius peccata dimitterentur deuenia
iam securus timorem ignis eterni amente abiecit. atque
in amorem dei ac celestis patrie totus assumitur. hisq; ad
ditur. qui filii dei nuncupantur & sunt. Sequitur isachar
qui merces interpretatur. Sed interpretationē huius
nominis clarius uidebimus. si ea q̄ mat̄ lia. eo nascente
dixit ponamus. Ait enim. Reddidit dn̄s mercedem michi.
quia dedi ancillā meā uiro meo. & id circo appellauit
nomen eius isachar. idē. merces. Caro nr̄a. ancilla nr̄a
debet ēē. Uir nr̄. ds̄ nr̄ est. Ancillā uero nr̄am uiro
nr̄o damus. si carnē nr̄am in dei seruitio mancipamus.
si eā uigilare. ieiunare. abstinere conpellimus. atq;
uoluptates eius edomamus. Isachar igitur lie in mercedē
datus ē. ádéo. quia is. qui carnē domant. qui uitia ex
tingunt. ea merces datur ádéo. ut uirtutibus dicentur.
Et ideo post isachar zabulon ponitur. qui habitaculū
fortitudinis interpretatur. Quis est autē fortis nisi
ds̄ de quo psalmista dic̄: Dn̄s fortis & potens. dn̄s
potens in prelio. Et quid habitaculū fortitudinis.
nisi habitatio dī? In illo enī habitat ds̄. in quo fides pati
entia. castitas. humilitas. caritas. cetereq; uirtutes
commorantur. Et quia ꝑ operationē uirtutū augentur
premia meritorum. Ioseph subsequitur. qui augmentū
interpretatur. Beniamin ultimus immo & superior
ponitur. qui filius dexterę interpretatur. Dexteranaq;
patris filius dī. & euuangeliū loquitur. quia sc̄i dei
ad dexterā dī ponentur. Electi itaq; filii dexterę effici —

Bilia ei ancilla morat.

Image ID: 10686398



73v

Image ID: 10686399



Ca 4

thronū & agno. Scī dei numquā cessant a laudibus dei.
nec tamen laborē habent in laudando dm̄. quia sic dulcis
est scīs uisio dī. sic & laus dī. Et omnes angeli stabant
11 in circuitu throni & seniorū & iiii. animaliū. & ceciderunt
in medio throni in facies suas. & adorauerunt dm̄ dicentes
12 Amen. Benedictio. & claritas. & sapientia. & gratiarū
actio. honor & uirtus. & fortitudo dō nr̄o in sclā sclōrū amen.
Superius millia miliū anglōrū in circuitu throni dm̄ laudare
dicuntur. hic autem nullo numero comprehenduntur.
sed omnes in circuitu thr̄ni stare dicuntur. Possumus
p̄ superiores anglōs qui numero cōprehenduntur. eos intelli
gere qui ad diuersa officia in mundo destinantur. Eos autē
qui sine numero ponuntur. illos qui in celestibus cū dn̄o con
uersantur. Sed & hic septem benedictiones ponuntur sicut
supius. ut demonstraret eodem modo & istos benedicere
dm̄. qui mundū sua gubernatione tuentur. sic & illos qui
in celestibus cum dn̄o cōmemorantur. Et respondens unus
13 de senioribus dixit michi. Hi qui amicti sunt stolis albis.
qui sunt & unde uenerunt? Dixi illi. Dn̄e mi tu scis. in
14 terrogat. ut doceat. P̄ seniorem namq; doctores ecclē.
p̄ iohannē uero auditores intelliguntur. Nam predica
tores scī glām animarū scārum quibus cūq; modis pos
sunt intimant auditoribus suis. ut mentes eorū ad amo
rē celestis patrie accendant. Et dixit michi. Hi sunt qui
uenerunt ex magna tribulatione. & lauerunt stolas
suas. & dealbauerunt eas in sanguine agni. Hic demon
strat. non ad electos qui in hac uita laborant. sed ad eos

cū nūo
angli
dū nūo.

74r

Image ID: 10686400



qui in celesti uita cum dno requiescunt hec pertinere.
Non enim sci de magna tribulatione sed de magnas
tribulationes perferendas in mundo ueniunt. sicut dicit
salomon. Homo ad laborem nascitur. et auis aduolandum.
Et dns dicit in euuangelio. Beati qui persecutionem patiun
tur propter iustitiam. quoniam ipsorum est regnum celorum.
Et paulus. Per multas tribulationes oportet nos intrare
in regnum dei. Hic et enim tempus est tribulationis.
illic tempus pacis. Sci itaque de magna tribulatione
ueniunt. qui ab hac uita subtracti ubi tempus tri
bulationis est. in eterna qui ete collocantur. Lauerunt
autem stolas suas. quia animas suas in hac uita positi.
ab omnibus sordibus peccatorum mundauerunt. Primo
quidem per baptismum. postea uero per penitentiam et lacrimas.
ac misericordie opera ceteris bonis operibus. Que etiam
in sanguine agni dealbate fuisse dicuntur. quia anime
electorum que antea erant nigredine peccatorum inuo
lute. per redemptionem sanguinis xpi candorem mun
15 ditie assumpserunt. Ideo sunt ante thronum dei et
seruiunt ei die ac nocte in templo eius. In conspectu
namque dei sci dei assistunt. ac uisione eius indesinen
ter perfruuntur. Templum uero dei celestem patriam. seruiti
um dei amorem dei uocat. Quod enim seruitium tam accepta
bile deo. quam ut diligatur ex toto corde. tota uirtute.
et quis ita ardenter diligit dnm. sic illi qui assidue con
templantur faciem eius. et qui sedet super thronum habitat
super illos. Thronus dei. sci dei sunt. sicut superius diximus.

Hec est tribulationis

Lauerunt stolas suas in sanguine agni

Seruitium dei amor dei

74v

Image ID: 10686401



Qui ergo designantur pthronũ dei. ipsi sunt sup quos habi-
tat deus. Habitat uero sup scõs suos ds. cũ eos suo lumine
16 illuminat. circumdat. & tuetur. Non esurient neq; sitient
amplius. Cũ dñs dicat in euuanglõ. beati qui esuriunt &
sitiunt iustitiã. qm̃ ipsi saturabuntur. Cur hic scĩ dei nũ
quã esurire dicuntur? Sed sicut superius diximus, non
ad electos qui in hac uita sũt positi loquitur. Qui uidentes iniusticias homi-
nũ esuriunt & sitiunt iustitiã. cupientes om̃s homines
iustos ee. sicut ipsi sunt. Esuriunt etiam ut sua iustitia
cotidie crescat. esuriunt & sitiunt uitã eternã. Anime
uero scõr non esurient neq; sitient amplius. quia esurierũt.
lam pcipere uitam eternam meruerunt. Et non cadet sup eos sol
neque ullus estus. P solem temptationes quas scĩ ab homi-
nibus pferunt possumus intelligere. Per estũ tempta-
tiones demonũ siue uoluptates carnales. Et quia scĩ in
hac uita positi psecutiones iniquor tolerando uicerunt.
temptationes demonũ superauerunt. desideria carnalia
in se extincserunt. in celesti beatitudine positi nullũ
laborem inppetuũ sentient. Qm̃ agnus qui in medio
17 throni. ẽ. reget illos. & deducet eos ad uite fontes aqua-
rũ. Reget ds scõs suos cũ uoluntates eor ita disponit.
ut nichil uelle possint. nisi quod ds uult. & deducet eos
ad uite fontes aquarũ. Vite fons xps est qui dic. Ego sũ
uita. Qd enim sine illo est. mortuũ est. Quod uero in
illo est. uita est. Ad uite fontẽ xps suos scõs ducit.
qui ad semet ipsũ eos ducit. ut sint unũ cũ illo. P aquas
eosdem scõs possumus intelligere. Ipse est quippe & fons

75r

Image ID: 10686402



Image ID: 10686403



omnes psequi xpianos. Et tuidi vii angl̄os stantes in
2 conspectu dī. & date sunt illis septē tube. Ordo istorum
septem angl̄orum insequentibus designantur. Nā sicut
p̄co ante regem aut principem mittitur. qui eius ad
uentum adnuntiet. ita & iohannes quia magna erant
q; p angl̄os designabantur eorum memoriā facere uoluit.
antequā ad eorum narrationē ueniret. Et alius angl̄us
3 uenit & stetit ante altare. habens turibulū aureum
in manu sua. & data sunt ei incensa multa. ut daret
de orationib; scōrum omniū sup altare aureū qd est ante
dn̄m. Iste angl̄s xp̄m significat. Uenit autē qa p in-
carnationis misteriū in mundo apparuit. P altare aure-
Altare aureū ē ecclā. um. ecclā designatur. qui ante altare stetisse dicitur.
Iacebat nāq; xp̄s. in incredulis qui eū purū hominem.
estimabant. Stabat uero cū fidelibus. qui eū dn̄m. ēē. crede-
bant. Ante altare ergo stetit. qa aplis & ceteris credenti-
bus ex quib; ecclā tunc constabat qd ds esset manifestauit
P turibulū uero qd in manu tenebat corda aplorum ceterorum
Turibulū aureū corda scōrum. q; fideliū demonstrant. Qd aureū fuisse dicitur. quia
corda discipulorum p fidē purificata. & p sapientiā qm a xp̄o
didicerant erant inaurata. qui turibulū in manu tenuisse
dicit. qa corda aplorum in manu dī erant sic dic salomon.
Cor regis in manu dī. quocūq; uoluerit inclinabit illud.
Cor regis in manu dī. Nūquid cor istud salomonis in manu dī erat qndo idola
adorabat? Nūqd cor antiochi aut herodis. in manu
dī erat? Nūqd corda regū scōs dī psequentiū in manu
dī erant? in manu diaboli erant. quia ad quecūq;

76r

Image ID: 10686404



uolebat facinora ea inclinabat. Corda uero regum
spiritaliu id e. scoꝝ in manu dī sunt. & ideo quocūque
uoluerit inclinabit ea. Sequitur. Et data sunt ei in
censa multa. Incensa multa p̄cepta s̄ euangliu. Incensa Incensa multa.
enim in turibulo ponuntur. ut calore ignis accepto
flagrantiā odoris sui circū quaq; spargant. Similiter
& xp̄s doctrinā euangliu in cordibus discipuloꝝ suoꝝ
posuit. qui igne caritatis succensi odorem fidei suę
p omīs gentes sparserunt. Unde & sequitur. Ut daret
4 de orationibus scoꝝ omniū sup altare aureū qd e. incon
spectu dī. Genera orationū plura sunt. Orant nāq; Orant. iiij.
uerbis fideles dm̄. deprecantes ut dimitantur eis omnia
peccata eoꝝ. Orant & elemosinas largiendo. sic dix dn̄s.
Date elemosinā. & ecce omīa munda sunt uob. Et in
alio loco scriptum est. Sicut aqua extinguit ignem
ita elemosina extinguit peccatū. Orant ętiā dimitten
do pximis. que in eis deliquerunt. sic dn̄s dix. Si remise
ritis hominibus peccata eoꝝ. & pater ur̄ cęlestis dimittet
uob peccata ur̄a. Orant nichil ominus & precepta caritatis
seruando. quem admodum scriptū est. quia uniuersa delicta
opit caritas. Ille igitur salubriter orat dm̄. qui seruat
mandata dī. Nichil enim pdest nob clementiā dī uerbis
implorare. & opibus irritare. Sup altare ergo aureum de
orationibus scoꝝ dedit ds̄. quando sup corda credentium
fidē. doctrinā. actusq; aploꝝ ceterorūq; predicatorum
posuit. ut haberent unde erudirent. & qd imitarentur.
4: Unde & sequitur. Et ascendit fumus aromatum de

76v

Image ID: 10686405



Co 8

orationibus scōr̄. de manu angeli in conspectu dī. Per
fumum aromatum. non solum orationes fidelium. sed
et fragrantia bonor̄ opum designatur. que ab ecclā in
desinenter ascendit in conspectu dei. Qui fumus de manu
angeli conscendere dr̄. quia quicquid boni fideles faciunt.
Angelus
opante deo faciunt. Sicut dic̄ ipse. Sine me nichil
potestis facere. Et accepit angl̄s turibulum. et im
In die pentecosten.
pleuit illud de igne altaris. et misit in terrā. et facta
sunt fulgura. voces. et tonitrua. et terremotus. Per ignē
sp̄s sc̄s designatur. Angl̄s itaq; idē. xp̄s. turibulum
idē. corda discipulor̄. de igne altaris idē. de sp̄u scō
impleuit. quando post ascensionem suā in celum. x^mo
die sp̄u scō misso de celo corda discipulor̄ impleuit.
ac scientiā omniū linguarum dedit. Et si per altare
ecclā designatur. cur sp̄s sc̄s antequā daretur ignis
altaris. ēē. dr̄. sic idem iohannes dicit. Non dū erat
sp̄s datus. quia ih̄s non dū fuerat glorificatus. Sed sp̄s
sc̄s antequā daretur ignis altaris erat. quia per remis-
sionis grām. iam eum ecclā possidebat. Nam dn̄s
ante passionē suā. p misit se sp̄m scm̄ daturum
discipulis suis. et idē iohannes cum uerba kaiphe
posuisset dicentis. expedit uob̄ ut unus moriatur homo
p populo. et non tota gens pereat intulit. Hoc
autem a semetipso non dixit sed cū esset pontifex
anni illius pphetauit quia ih̄s moriturus erat
p gente. et non tantū p gente. sed ut filios dei
qui erant dispersi congregaret in unum.

77r

Image ID: 10686406



77v

Image ID: 10686407



78r

Image ID: 10686408



78v

Image ID: 10686409



79r

Image ID: 10686410



79v

Image ID: 10686411



eam occidi. Hi habent potestatem claudendi cælum. ne
pluat diebus prophetiæ ipsorum. & potestatem habent super aquas
conuertendi eas in sanguinem. & percutere terram omni plaga.
quotiescumque uoluerint. Et cum finierint testimonium
suum. bestia quæ ascendit de abysso faciet aduersus illos bellum.
& uincet illos. & occidet eos. & corpora eorum iacebunt in pla
tea ciuitatis magnæ. quæ uocatur spiritaliter sodoma &
egyptus. ubi & dominus eorum crucifixus est. Et uidebunt de
populis & tribubus. & linguis & gentibus corpora eorum
per tres dies & dimidium. & corpora eorum non sinent poni
in monumentis. & inhabitantes terram gaudebunt super
illos. & iocundabuntur. & munera mittent inuicem.
quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitant
super terram. Et post dies tres & dimidium. spiritus uitæ a deo
intrabit in eos. & steterunt super pedes suos. & timor mag
nus cecidit super eos qui uiderunt eos. & audierunt uocem
magnam de cælo dicentem illis. Ascendite huc. Et ascen
derunt in cælum in nube. & uiderunt eos inimici eorum.
& in illa hora factus est terræ motus magnus. & decima
pars ciuitatis cecidit. & occisi sunt in terræ motu nomina
hominum septem milia. & reliqui in timore facti sunt. & dede
runt gloriam deo cæli. Væ secundum abiit. Ecce uæ tertium
uenit cito. Et septimus angelus tuba cecinit. & factæ
sunt uoces magnæ in cælo dicentes. Factum est regnum
huius mundi domini nostri & christi eius. & regnabit in sæcula
sæculorum. Et uiginti quatuor seniores qui in conspectu
dei sedent in sedibus suis. ceciderunt in facies suas.

80r

Image ID: 10686412



80v

Image ID: 10686413

qui uocatur diabolus & satanas: qui seducit uniuersum
orbem: ꝓiectus est in terrā. & angeli eius cū illo missi sunt
10 Et audiui uocem magnā in celo dicentem. Nunc facta
est salus & uirtus. & regnū dī nr̄i. & potestas xp̄ieiꝰ.
quia ꝓiectus est accusator frm̄ nr̄oꝝ. qui accusabat
illos ante conspectum dī nr̄i die ac nocte. & ipsi uice-
11 runt illum ꝓpter sanguinem agni. & ꝓpter uerbū
testimonii sui. & non dilexerunt animas suas usque
12 ad mortem. propterea letamini celi. & qui habitatis
in eis. Vē terrę & mari. quia ascendit diabolus ad
uos. habens iram magnam. sciens qd̄ modicum tempus
13 habet. Et postquam uidit draco qd̄ ꝓiectus est in
terrā. ꝑsecutus est mulierem que peperit masculum.
14 Et datę sunt mulieri duę alę aquilę magnę. ut
uolaret in desertum in locum suum: ubi alitur ꝑ tempus
& tempora. & dimidium temporis. a facię serpentis.
15 Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam tam-
quam flumen. ut eam faceret trahi a flumine.
16 Et adiuuit terra mulierē. & aperuit terra os suum:
& absorbuit flumen qd̄ misit draco de ore suo.
17 Et iratus est draco in mulierem. & abiit facere prę-
lium cum reliquis de semine eius. qui custodiunt
mandata dei. & habent testimonium ihū. & stetit
13 Cap xiij 1 sup arenam maris. Et uidi de mari bestiam ascenden-
tem habentem capita septem & cornua decem. & sup
cornua x. diademata. & sup capita eius nomina blas-
2 phemię. Et bestiā quā uidi similis erat pardo. &

81r

Image ID: 10686414



81v

Image ID: 10686415



faciant imaginē bestię quę habet plagā gladii &
15 uixit. Et datū est illi ut doceret spm̄ imagini bestię
& ut loquatur imago bestię. & faciat qui cumq; non
adorauerint imaginē bestię occidantur. Et faciet
16 omnes pusillos & magnos. & diuites & pauperes. &
liberos & seruos habere caracterem in dextera manu
17 aut in frontibus suis. & ne quis possit emere aut
uendere nisi qui habet caracterem. & nomen bestię
18 aut numerum nominis eius: hic sapientia ē. qui habet
intellectū computet numerū bestię. numerus enim
hominis ē. & numerus eius sexcentis non aginta sex.
Cap xiiij 1 Et uidi & ecce agnus stabat sup montem sion. & cū
eo. c. xl. iiii. milia habentes nomen eius & nomen patris
2 eius scriptū in frontibus suis. Et audiui uocem de
cęlo tamquā uocem aquarū multarū & tamquam
uocem tonitrui magni. & uocē quā audiui. sic citha
3 redoꝝ citharizantium in citharis suis. Et cantabant
quasi canticū nouum ante sedē & ante. iiii. animaliū
& senioꝝ. & nemo poterat dicere canticum. nisi illa
4 c. xl. iiii. mil: qui empti sunt de terra. Hi sunt qui
cū mulieribus non sunt coinquinati. uirgines enī
sunt. Hi secuntur agnū quo cūq; ierit. Hi empti sunt
5 ex omnibus primitię deo & agno. & in ore eoꝝ non
est inuentum mendaciū. Sine macula sunt.
6 ante thronū dei. Et uidi aliū angelum uolantē
p mediū cęli habentem euuglm̄ ęternum. ut euuan
gelizaret habitantibus sup terrā. & sup omnē tribū

82r

Image ID: 10686416



7 & linguam. populum dicens magna uoce. Timete dnm̄ &
date illi honorem quia uenit hora iudicii eius. & adorate eū
q̄ fecit celum & terrā mare & fontes aquarum.
8 Et angelus tertius secutus est illos dicens uoce magna.
Siquis adorauerit bestiā & imaginem eius & accepit carac
10 terem in manu sua aut in fronte sua. & hic bibitur de uino
ire dī qui mixtus est mero in calicem ire ipsius & crucia
bitur igne & sulphure in conspectu angelorū scōrū. & in
11 conspectu agni. & fumus tormentorū eorū in sclā sclōrū
ascendet: nec habent requiem die ac nocte q̄ adorauerunt
bestiam & imaginem eius. & siquis acceperit caracterē
12 nominis eius. hic patientia scōrū ē. q̄ custodiunt mandata
13 dī & fidē ihū. Et audiui uocē de celo dicentem. Scribe.
beati mortui qui in dn̄o moriuntur. Amodo iam dicit
sp̄s ut requiescant a laboribus suis. opa enī illorū secun —
14 tur illos. Et uidi & ecce nubē candidā. & sup nubem seden
tem similē filio hominis habentem in capite suo coronā
15 aureā & in manu sua falcem acutā. Et alter angelus
exiuit de templo. clamans uoce magna ad sedentem sup
sedem. Mitte falcem tuā & mete. quia uenit hora ut
16 metatur qm̄ aruit messis terre. Et misit qui sedebat
supra nubem falcē suā in terra. & messuit terrā.
17 Et alius angelus exiit de templo. qd̄ est in celo habens
18 & ipse falcem acutā. Et alius angl̄s de altari qui habet
potestatem sup ignem. & clamauit uoce magno ad eū
qui habet falcem acutā dicens. Mitte falcem tuam
& uindemia botros uinee terre qm̄ mature sunt uue

82v

Image ID: 10686417





turarum locupletius perceperunt. Et sic omne corpus
electorum in septem partes diuisimus. ita et septem angeli
tubis cecinisse uisi sunt. per quos omnes doctores populi
dei designantur. quamuis ab eo ordine parum per discrepent. Septem angeli omnes doctores
Nam superius per poderem que prior in ornamentis domini po-
nitur ut in sequentibus per primum cornu agni: iustos
qui ante diluuium fuerunt diximus fuisse designatos.
Perzonam uero auream in corpore xpi. et per secundum cornu
patriarchas et ceteros qui ante legem fuerunt. hic autem
per primum angelum doctores qui ab initio mundi usque ad
legem fuerunt. per secundum doctores legis designantur.
6 Et septem angeli parauerunt se ut tubis canerent.
Per tube cantum. predicatio designatur. Predicatores Cantus tube.
quippe sancti ad hoc semper parati existunt. ut quos cumque
possunt. per doctrinam sue predicationis deo adquirant.
7 Et primus angelus tuba cecinit. Per primum angelum sic
diximus. predicatores qui ante legem fuerunt designan- Primus angelus
tur. Primus ergo angelus tuba cecinit. quia sancti uiri
qui ante legem fuerunt. quamuis nullam legem haberent
nisi naturalem. hoc quibus cumque poterant suasisse conati
sunt. ut dominum creatorem suum timerent atque diligerent.
et quod quis pati non uellet. alteri non faceret.
7 Et facta est grando et ignis mixta in sanguinem. et
missum est in terram. Ea que septem angelis tubis caneu-
tibus facta fuisse uisa sunt. in bonam partem sicut
michi uidetur accipienda sunt. sic et contrario effu-
sio fialarum septem angelorum que sequitur in malam

83v

Image ID: 10686419

Gndo



Per grandinem igitur que percutit. uerba scorum uirorum que
corda prauorum hominum arguendo percutiebant designantur.
Que ignem et sanguinem permixtum habuisse describitur.
Per ignem spiritus sanctus designatur. qui in sanctis suis inhabitans.
eorum uerborum minister extitit. per sanguinem uero xpistus in
telligitur. qui et a patribus sepe predictus est. et
eorum actibus prefiguratus. Tertia autem seculi homi
nes peccato subditos demonstrat. Et tertia pars terre
combusta est et omne fenum uiride combustum est.

Tertia pars terre.

Per tertiam partem terre. eos qui per doctrinam. et exempla
bonorum hominum salui facti sunt. debemus intelligere.
Qui igne timoris dei atque amoris. quicquid prauum
in se fuit. combusserunt atque deleuerunt. Arbores uero.

Arbores.

qui principatum inter eos tenuerunt significant.
Ex quibus multi per doctrinam et exempla bonorum hominum

Salui sunt Abraham
Abimelech per
tres amici
Job.

salui facti sunt. sicut abimelech per abraham. et per iob
tres amici eius. Per fenum autem uiride quod omne com
bustum esse dicitur. hi designantur. qui et superius per tertiam
partem terre et arborum que combusta est. idest electi
qui eo tempore fuerunt. Fenum namque uiride difficile
accenditur. Aridum uero facile consumitur. Per
fenum uero uiride electi. per aridum reprobi designan
tur. De hoc arido feno propheta dicit. uere fenum est
populus. exsiccatum est fenum. et cecidit flos. uerbum
autem domini manet in eternum. Per fenum igitur uiride.

Fenum uiride.

hi qui fideles erant uiri designantur. Qui omne
quod in se reprobum fuit. igne caritatis combusserunt.

84r

Image ID: 10686420



Image ID: 10686421



ab aquis subtrahuntur. animas amittunt. Electi ergo
quamdiu in aquis uitiorum suorum uersantur. animas marmas
habent. peccatorum uidelicet tenebris inuolutas. cum uero
aute p baptismum aut penitentiam ab aquis uitiorum extrahun-
tur. animas pristinas quasi amittunt. cum ex malis boni
efficiuntur. moriuntur q; diabolo. uiuunt deo.
Terra igitur pars piscium. animas amiserunt. quia
electi qui eo tempore fuerunt. p obseruationem legis
mortui sunt peccato. & ceperunt uiuere deo. Prauos
autem que aquas subse habent illis que sup eminent
principes gentis illius designantur. Terra uero pars
que interiit. eos designat. qui exeis iusti fuerunt.
Juxta illum sensum quem diximus eo qd interierunt.
& mortui sunt peccato. & uixerunt deo. Et tertius
angls tuba cecinit. & cecidit de celo stella ardens
tamquam facula. Eandem significationem habet stella
quam & angls. significat namq; pphetas. Sed que
rendum nob est quomodo de celo in terram cecidisse
dicatur. Sm incelum quodam modo conscendunt.
cum eos
amor diuinus ad celestia contemplanda eleuat
Cadunt interram. cum eos amor pximos ad imas
retrahit. ut predicatione sua peccantes ad uiam
ueritatis reducant. Facula uero ascenditur. ut
tenebras nocentis depellat. Verba igitur pphe
tarum facule fuerunt. quia tenebras peccatorum
amentibus hominum fugauerunt. Possumus

85r

Image ID: 10686422



etiam p ignem facule. spm̄ scm̄ intelligere. quo inflā
mati pphete & multos ab iniquitatibus correxerunt. &
que uentura erant predixerunt. Et cecidit in tertiam
partē fluminū. & in fontes aquarū. Per flumina &
fontes. xii. tribus cū suis familiis designantur.
Per tertiam uero partem hi qui ex eis aduitā eternam
prescripti erant figurantur. Cecidit ergo stella in
tertiā partem fluminū. quia illi doctrinā pphetarū
acceperunt. & in cordibus suis plantauerunt. qui
aduitā eternam predestinati erant. Et nomen stelle
11 dicitur absinthiū. Absintiū. ualde est amarum.
P absintium igitur. cominationes pphetarum designantur
quas poplo peccanti ingerebant. predicentes eis qd nisi
penitentiā agerent. in predā & in captiuitatem hostibus
suis darentur. & qd sinec sic peniterent. morte ppetua
damnarentur. Et facta est tertia pars aquarum in ab
sinthium illi amaritudinē penitentie p comminatio
nes pphetarū assumpserunt quos superius p tertiā partē
aquarum diximus fuisse designatos. id est electi.
Et multi homines mortui sunt de aquis. quia amare
facte sunt. Illis namq; amaritudo penitentie mortē
intulit qui saliu esse meruerunt. Mortui sunt enim
scdm id qd mali erant. & uixerunt scdm id qd bonitatis
12 ceperunt. & quartus angelus tuba cecinit. Quartus
angelus. xpm̄ & apostolos eius significat. Et percussa
est tertia pars solis. tertia pars lune. & tertia pars
stellarum ut obscuraretur tertia pars ~~eius~~ & diei non

Nomen stelle absinthium

Cantus iiij. angeli.

85v

Image ID: 10686423



luceret tertia pars. & noctis similiter. Sol. luna.
& stellę. ad lunam rem ꝑtinent. Nam ꝑ solem popu
lus iudeoꝝ. ꝑ lunā uero sinagoga. ꝑ stellas autem
principes sacerdotum & pharisei designantur.
Sed si obscurationē solis. & lunę atq; stellarum.
ad eos qui in xp̄m credere noluerunt transferre uolue
rimus. superior ꝑturbabitur. Superius enim com
bustionem terrę tertie partis. quę sub cantu tubę
primi angli facta esse dr̄. conuersionem tertię
partis maris in sanguinē. quę sub cantu tubę secundi
angeli facta fuisse uisa est. conuersionem nichil
ominus tertie partis aquarum in absinthium. quę
sub cantu tubę tertii angeli facta fuisse legitur.
in bonā partem accipiendā esse demonstrauimus.
ideoq; ad electos ꝑtinere. Consequens est ergo.
ut ꝑcussionem solis & lunę atq; stellarum. in bonā
partem interpretemur. Per tertiā itaq; partem
solis quę ꝑcussa obscurata est. hi qui ex poplō iudeoꝝ
in xp̄m crediderunt designantur. Obscurati sunt nāq;
impiis iudeis. sed refulserunt in conspectu dn̄i. simili
ter & ꝑ tertiā partem lunę atq; stellarum quę ob
scurata est hi qui ex archi sinagogis atq; sacerdotib;
& ex phariseis in xp̄m crediderunt designantur.
Quia & ipsi ꝓpter lumen uerū id est xp̄m quē ꝑcepe
runt obscurati sunt eis. quoꝝ mentis oculos dia
bolus obcecauerat. ne in xp̄m crederent. Nam claritas
solis. lippientes oculos obcecat. magis quā inluminet.

86r

Image ID: 10686424



86v

Image ID: 10686425



ap IX · 1

Capt. V. Angeli.

recte uocantur. sicut dicit apls paulus. Nra autem
conuersatio in celis est. Et quintus angls tuba ceci-
nit. Quintus angelus defensores ecclie orthodoxe
fidei designat. Tuba cecinerunt. quando pdefensio
ne fidei omnibus modis laborauerunt. Et uidi de celo
stellam cecidisse in terram. Per stellam heresiarche designan
tur. quia sicut stelle in celo refulgent. ita et isti antequam
caderent. doctrina et sapientia refulgebant in eccla.
De celo in terram cecidit. qui ab eccla precisi corpori rep
borum qui pterram designantur sociati sunt. Sed que
rendum nobis est: cur primum hereticos qui p stellam
et locustas designati sunt posuerit. et postea p secutores
qui signantur pequites loricatos. De quibus insequen
tibus in cantu tube sexti angeli dicturus est. quia ante
quam imperatores romanorum ecclam dei psequi instituissent
heretici esse ceperunt sicut nicolaus qui temporibus aplorum
extitit. et multi alii. Et data est illi clauis putei abissi.
Per clauem liberum arbitrium hereticorum qd habuerunt
in malo designatur. Per abissum uero: corda eorum. p puteum
autem. eorum ora designantur. Data est igitur hereticis
clauis putei abissi. quia pmisit ds hereses esse: sicut dicit
apls paulus. Oportet hereses esse ut qui pbati sunt. ma
nifesti fiant inter uos. Et aperuit puteum abissi.
Stella que de celo cecidit puteum abissi aperuit. quia
heretici ad pferenda mala que in cordibus eorum latebant.
ora sua aperuerunt. Et ascendit fumus putei sicut fumus
fornacis magne. Per fumum doctrina hereticorum designatur.

87r

Image ID: 10686426



quia sicut fumus uento inpulsus cito euanescit. ita et doc
trina hereticorum. per doctrinam scorum patrum uelud
fumus euanuit. Per fornacem uero: sepe corda impiorum
designantur. sicut dicit ppheta. Uelud clibanus ardens.
2 corda eorum. Et obscuratus est sol et aer defumo putei.
Per solem sepe xps intelligitur. in hoc autem loco men
bra eius idem predicatores sci designati sunt. Per aerem
uero populus fidelis qui eis subiectus erat. sed quomodo
electi obscurati sunt: quas prauitas eretica decipere
non ualuit. sed obscurati sunt eis. quos heretici decipere
potuerunt. qui et insequentibus p locustas designantur.
Verum claritas eorum ceteris fidelibus latere non potuit
sicuti nec lucerna sub modio abscondi potest.
Et defumo. exierunt locuste interram. Defumo id. e.
de doctrina eorum qui heresi arche appellati sunt. magna
multitudo hereticorum generata est. Interram exierunt.
quia a societate electorum separati. eis qui terra uocantur.
idest infidelibus coniuncti sunt. Et data est illis potes
3 tas sicut habent potestatem scorpiones terre. Sepe ds
dicitur dedisse. qd pmittit. Pmittit enim ds impius
male agere. ut ex eorum malis bona operetur. Pscorpiones
uero. possumus demones accipe. Quia sicut scorpiones
dum non preuidentur corpora hominum suo ueneno inficiunt
et extinguitur. ita et demones incautis hominibus uene
na malarum psuasionum ingerunt. Et dum ad ppetranda
scelera pertrahunt. eorum animas ueneno sue malitie in
fectas occidunt. Potestas ergo locustarum idest

87v

Image ID: 10686427



hereticorum. similis est potestati scorpionum idem demonum.
quia sicut demones in hoc semper insistunt. ut quoscumque
possunt decipiant. ita et heretici tota uirtute laborant.
ut quoscumque possunt in foueam sue perditionis demergant.
4 Et preceptum est illis. ne lederent fenum terre. neque omne
uiride. neque omnem arborem. Quod significat fenum terre.
hoc et omne uiride. Nam sicut superius sub cantu tube primi
angeli per omne fenum uiride quod combustum esse dicitur. electi
qui primis temporibus fuerunt designantur. ita et hic per
fenum terre et omne uiride. fidelis populus est designatus.
Per arbores uero doctores ecclesie. Prohibiti sunt ergo heretici.
ne lederent fenum terre. neque omne uiride. neque omnem
arborem. quia non permisit deus ut eos qui uiriditatem fidei
habebant. id est qui fidem quam profitebantur operibus imple-
bant. neque sanctos predicatores. qui non erant spine uel tri-
buli. ex quibus neque uue neque ficus colliguntur. sed potius
arbores fructus operum bonorum ferentes. ex quibus fideles
populi reficiebantur. heretici deciperent. Unde et sequitur.
Hi homines qui non habent signum dei in frontibus suis.
Quid est autem signum dei. nisi karitas? de qua idem iohannes
loquitur dicens. Deus karitas est. Possumus uero per frontes
que qualitates mentium sepissime demonstrant. corda reproborum
intelligere. Illi ergo facile ab hereticis decipiebantur. qui
signum dei uiui. id est karitatem in cordibus suis non habe-
bant. Et preceptum est illis ne occiderent eos. Quod dicit
5 preceptum est illis: uidetur michi ad demones pertinere.
Tanta est enim nequitia demonum: ut si hoc deus permisisset:

Image ID: 10686428



88v

Image ID: 10686429



affligantur. intrinsecus tamen despe celestis
glie adquam sepuenturos esse credunt ex
ultent. Possumus etiam p quinq; menses.
omne tempus huius mundi intelligere
Primus namq; mensis est aborigine mun
di usque ad diluuium. secundus ad diluuio
usque ad moysen. Tertius a moyse. usque ad
dauid. Quartus ad dauid. usque ad xpm. Quintus a xpo.
usque ad consummationem scli. In his ergo quinque men
sibus omnes fabricatores errorum cruciantur.
siue eo modo quo superius diximus. siue qd falsas
ad inuentiones suas. uident a ueritate supari.
Et cruciatus eorum. ut cruciatus scorpii. cum percutit homi
nem. Diximus superius p scorpiones demones esse de
signatos. Nam sic scorpio corpus aculeo uulnerat.
ut p uulnus uenenum intro mittat p qd hominem inter
ficiat. ita et diabolus. aut ira. aut supbia. aut libidine.
aut aliqua delectatione carnali mentem uulnerat.
ut p hoc uenenum. sue malitie infundat. animam que
interficiat. Cruciatus ergo locustarum. similis esse
cruciatui scorpii dicitur. quia heretici imitantes patrem
suum diabolum. p lenia uerba atq; composita. mentes
hominum imperitorum uulnerabant. uenenumq; sui erroris
infundentes. eorum animas necabant. Possumus quippe
p cruciatum. animarum interfectionem intelligere.
Et in diebus illis querent homines mortem et non in
uenient eam. et cupient mori. et fugiet mors ab ipsis.
Hec sententia ad electos pertinet. In diebus illis

Quaerunt quidam mortem et non inuenient.

89r

Image ID: 10686430



id est in diebus quibus euangelii grā p uniuersum mundum
refulget. querent homines mortem. Querebat paulus
mortem psequendo ecclām dī. & non inuenit eam. q̄a xp̄s
qui est murus inpenetrabilis. se illi obiciens. a morte quam
querebat. ad uitā qd̄ est ipse uiolenter reduxit. fuerunt
& alii multi. qui quesierunt mortem. ecclām dei psequendo
aut cetera mala exercendo. sed fugit mors ab ipsis. quia p
predicationem scōr̄ ad uitā sunt reuocati. Nos etiā quosdā
uidimus qui quesierunt mortem. & non inuenerunt eam.
& cupierunt mori. & fugiet mors ab ipsis. Scimus
enim quosdā fuisse qui amplius quā oportebat seculum
diligentes. multo tempore. multisq; modis laborasse ut
diuites fierent. cupientes deliciose uiuere. & desideria
carnis sue pficere. Sed cū ad id qd̄ optabant puenire non
possent. respuentes scl̄i falsa pmissa. ad diuitias celestes
adquirendas se contulerunt. atque ad earum pceptionē
sicut credimus bonis operibus insistendo puenire meruerunt.
Uidimus nichil hominus quosdā monasteria reliquisse. De monachis.
& ad seculum transisse. & in seruitio quorundā hominū
potentiū se tradidisse. ut terrenas diuitias atque possessio
nes quas p se habere non poterant. eorū suffragiis optine
rent. Sed cū ad id qd̄ desiderabant puenire non possent.
scl̄m reliquisse. & ad monasteria sua redisse. atq; in bonis
operibus uitam terminasse. Hi ergo quesierunt mortem
& non inuenerunt eā. & cupierunt mori. & fugit ab ipsis.
De talibus dn̄s sub specie hierusalem. ad pphetā loquitur
dicens. Ecce ego sepiā uiā tuā spinis. & sepiā eā maceria.

89v

Image ID: 10686431



& semitas suas non inueniet. Et sequetur amatores suos.
& non apprehendet eos. queret & non inueniet eos.
Amatores nri. sunt desideria carnalia. Amatores nros
sequimur. quando in hoc laboramus. ut diuitiarum pos
sessores efficiamur. ut habeamus unde desideria carna
lia expleamus. Amatores nros sequimur. & non ad
prehendimus. quando misericordia dei impediente. ad
hoc qd inutiliter desideramus. peruenire non possumus.
Et similitudines locustarum. similes equis paratis in pre
lium. Per equos sepe predicatores sci designantur.
sicut abacuc ppheta in cantico suo loquitur dicens.
Viam fecisti in mari equis tuis. in luto aquarum multarum.
Viam fecit ds in mari equis suis. in luto aquarum multa
rum. quando ministio fidei. pacem mundo largitus est.
ut apli eius per uniuersas gentes que per mare & lutum de
signate sunt possent disscurrere. & semina fidei spargere.
Equi ergo dei ad prelium parabantur. quando predicatores
sci & uerbo & uirtutibus ad hoc armabantur. ut genus
humanum de potestate diaboli eruerent. Locuste uero
similes equis paratis in prelium esse dicuntur. quia sicut
predicatores sci tota uirtute laborant. ut quos cumque
possent de laqueis diaboli eriperent. ita & heretici ad
hoc semper armabantur. ut quos cumque possent decipere
in barathrum sue damnationis inuoluerent. Et super
capita earum tamquam corone similes auro. Sepe per aur
sapientia designatur. sicut superius iam diximus.
Per coronas locustarum. sapientia secularis ostenditur.

Hereticis.

Locuste Heretici

90r

Image ID: 10686432



90v

Image ID: 10686433



91r

Image ID: 10686434



91v

Image ID: 10686435



quattuor uentos terre ne flarent sup terram. neque in
ullam arborem. ita et hic sub cantu tube. sexti angeli.
quattuor angeli in flumen magnum eufraten alligati.
esse referuntur. Eandem ergo significationem habent
quattuor angeli isti. quam et illi. Significant enim
quattuor regna. assiriorum uidelicet. persarum. macedonum.
atque romanorum. Et quia potestas quattuor regnorum
sicut supius diximus ad romanos secesserat. per quattuor
angelos in hoc loco romani designantur. per eufraten
uero hic mundus intelligitur. Quid sint ergo uincula
quattuor angelorum superius manifestat. Nam supra scrip
tum est. quia uidit iohannes angelum descendisse de celo.
habentem signum dei uiui. et clamauit uoce magna quat
tuor angelis quibus datum est nocere terre et mari dicens.
Nolite nocere terre et mari. neque arboribus. quoad
usque signemus seruos dei nostri in frontibus eorum.
Per angelum qui habebat signum dei uiui xpm diximus
fuisse designatum. Uincula igitur quattuor angelorum
uerba sunt domini. non quod deus preceperit persecutoribus ut
a persecutione cessarent. donec semina fidei per omnes gentes
spargerentur. sed quod potestate fecit. hoc dicitur uerbis
precepisse. Romani namque qui ante aduentum xpi cedibus
et rapinis atque ab effusione sanguinis generis humani
manus cohibere non poterant. pace ligati sunt
atque ab effusione sanguinis prohibiti sunt. Precepit
ergo uox que processit a quattuor cornibus altaris
aurei sexto angelo qui habebat tubam ut solueret

Eufratem.



quattuor angelos. quia doctrina euangelii hoc precepit
predicatoribus uerbi dei. ut nullis minis. nullis terroribus
hominum impiorum terreantur. ut cessent ab officio predicationis.
sicut dns dicit in euangelio. Nolite timere eos qui occidunt
corpus. animam autem non possunt occidere. Imperatores
quippe romanorum et ceteri principes terre cum uiderent
religionem xpianam cotidie augeri. et culturam idolorum
euacuari interminati sunt mortem omnibus. qui xpm cole-
rent aut predicarent. Sextus ergo angelus. id est martires
quattuor angelos. id est predicatores suos quasi soluerunt.
cum ppter insuperabilem euangelizandi constantiam ad
psequendos eos se armauerunt. Unde et sequitur.
15 Et soluti sunt quattuor angeli. qui parati erant in horam.
et diem. et mensem. et annum. ut interficerent tertiam partem
hominum. Soluti sunt quattuor angeli. quia impii homi-
nes pace abiecta. manibusque solutis. quas pax alligaue-
rat psecuti sunt populum dei. Quod autem dicit parati
erant. impiorum hominum uoluntatem demonstrat.
quia ante quam tempus psecutionis ueniret. uoto parati
erant. ut populum dei interficerent. Sane tertia
pars hominum ut superius dictum est. electos significat.
Porro qd in horam et diem. et mensem. et annum. quattuor
angeli. ut interficerent tertiam partem hominum
parati esse dicuntur. possumus ad omnes impios. qui
ab initio mundi fuerunt. et erunt usque ad finem referre.
Per horam quippe. tempus ab initio mundi usque ad diluuium.
Per diem autem tempus diluuii usque ad legem. P mensem

92v

Image ID: 10686437



uero : tempus sub lege . p annū . tempus sub grā designat̄.
In his ergo quattuor temporibus . semp rep̄bi p̄secuntur
16 electos . Et numerus equestris exercitus . uices milies
dena milia . Audiui numerū eor̄ . Qui designantur per
quattuor angelos . ipsi & p equestrem exercitum . p̄secu-
tores uidelicet ecclē . Exercitus autem p̄secutor̄ equestris
. ēē . dicitur . quia sicut habet d̄s equos suos . idest sc̄os pre-
dicatores qui eum p uniuersum orbē deportauerunt . ita
habet diabolus equos suos . idest omnes impios . sup quos sedet .
& ad p̄petranda diuersa scelera impellit . Qui uicies milies
dena milia esse dicuntur . p infinitum namq; numerum .
p̄secutorū innumerabilis multitudo exprimitur .
17 Et ita uidi equos in uisionem . & qui sedebant sup eos . habebant
loricas igneas . & iacinctinas . & sulphureas .
In hoc loco p equos insani populi . p̄sessores autē equorū .
principes terre designantur . Per loricas uero que ictus
gladior̄ a se repellunt . duritia cordium reproborum
signatur . que ad corda eor̄ gladium sp̄s qd̄ est uerbū
dei accedere non sinit . Que lorice ignee . iacinctine .
& sulphuree esse dicuntur . Per ignem plane crudelitas
mentis p̄secutor̄ . p iacinctum . qui celi figurā habet .
honor deitas quem dns suis referebant designatur .
Per sulphur uero qd̄ fetet blasphemie . quas in xp̄m p̄fe-
rebant designantur . Persecutores igitur loricas igneas .
& iacinctinas . & sulphureas habuisse dicuntur . quia
partim p̄pter crudelitatem mentis corda sua indura-
uerant . ut non solum in xp̄m non crederent . sed etiam

93r

Image ID: 10686438



seruos eius persequerentur. partim ꝓpter defensionem deorꝫ
falsorum. partim ꝓpter blasphemias quas in xp̄m ferebant.
dicentes eum magum fuisse & seductorem. Et capita equorꝫ
erant tamquam capita leonum. Per capita equorꝫ. imperato-
res romanorum designantur. quia capita esse uidebantur
omnium ꝑsecutorum. qui etiam ꝓpter insatiabilem rabiem.
leonibus assimilantur. Et de ore eorum ꝓcedit ignis. fum⁹
& sulphur. Per ignem impia precepta imperatorum de
signantur. quibus populus dei interfici iubebatur.
Per fumum uero honor deitatis. quem diis suis deferre iube
bant. Et recte ꝑ fumum idolatrie falsitas designatur.
quia sicut fumus a facie uenti euanescit. ita & cultura idolorꝫ
in conspectu predicationis euangelice deperiit. Per sulphur
autem blasphemię. quas xp̄o ingerebant designantur.
18 Ab his tribus plagis interfecta est tertia pars. hominum.
id est multitudo martirum. ꝑ ignem uidelicet. fumum.
ac sulphurem. qui ꝓcedebant de ore ipsorum. Procedebat
quippe ignis de ore ipsorum. id est iussio impiissima. qua
precipiebant ut sc̄i dei martires interficerentur. Procede
bat & fumus. quia precipiebant ut honor deitatis a homini
bus hominibus diis impenderetur. Procedebat & sulphur.
id est blasphemię in xp̄m precipientes ut religio xp̄iana fun
ditus de mundo extingueretur. Potestas enim equorꝫ
19 in ore ipsorꝫ est. & in caudis eorum. Superius capita
equorum ut leonum. ēē. dicuntur. in ore uero leonum
dentes consistunt. quibus conterunt & dilaniant omne
quicquid ceperint. Possumus itaq; ꝑ dentes. carnifices
intelligere. qui in ore leonum id est in potestate ꝑsecutorꝫ

93v

Image ID: 10686439



posita: eorum imperio diuersis cruciatibus corpora scorum
cruciabant. Corpora igitur scorum persecutores in ore
idest in potestate habebant. sed animas non habebant.
sicut dicit dns in euangelio. Nolite timere eos qui
occidunt corpus. animam autem non possunt occidere.
Et ideo potestas persecutorum tantum modo in ore erat.
quia corpora scorum in potestate habebant. sed animas
non habebant. Occidere poterant. quos uincere non
ualebant. Per caudas uero philosophorum atque poetarum
doctrina designatur. Nam caude eorum similes serpenti
bus habentes capita. et in his nocent. Recte doctrina
philosophorum serpentibus assimilatur. quia plena erat
ueneris mendaciorum. Qui serpentes capita habere dicun
tur. quia omnes errores gentilium proprios habebant
auctores. Potestas ergo equorum in caudis eorum erat.
quia persecutores ecclesie per doctrinam philosophorum
uolebant euertere religionem xpianam. Et ceteri
homines qui non sunt occisi in his plagis neque egerunt
20 penitentiam ab operibus manuum suarum. ut non ad
orarent demonia. et simulacra aurea. et argentea.
et erea. et lapidea. et lignea. que neque uidere pos
sunt. neque audire. neque ambulare. et non egerunt
21 penitentiam ab homicidiis suis. et a ueneficiis suis. et
fornicatione sua. et a furtis suis. subauditur perierunt.
Tercia igitur pars que interfecta est. salua facta
est. idest electi ex quibus multi pro xpi nomine
interfecti sunt. reliqui libentissime occumberent
si necessitas exegisset. Ceteri uero idest pagani qui

94r

Image ID: 10686440



in xpm̃ credere noluerunt. ut agerent penitentiam
ab iniquitatibus suis perierunt. Et uidi aliud angelum
fortem descendentem de celo amictum nube. & yris in capite
eius. Quia superius aduersitates ecclē narrauerat. que ab here
ticis & paganis passa est. restat ut de psperitate eius qualiter
inter psecutiones creuerit narret. Constat namq; ecclam̃
in psecutionibus creuisse. & quanto amplius obprimebatur.
tanto amplius confortabatur & crescebat. sicut de filiis
israel in figura eiusdem ecclē scriptum legimus. qui quanto
amplius ab egyptus obprimebantur. tanto amplius mul
tiplicabantur. Angelus fortis. dnm̃ nrm̃ ihm̃ xpm̃ desig
nat. de quo dicit psalmista. dn̄s fortis & potens. dn̄s potens
in prelio. Qui descendens de celo amictus nube esse dicitur.
quia dn̄s nr̄ ueniens in mundū. carnē que p nubem designata
est induit. ut p carnis assumptionē se hominibus confor
maret. quos redimere ueniebat. Per yrim uero eius mise
ricordia designatur. sicut superius diximus. Per caput
autem. eius diuinitas in hoc loco intelligitur. Yrim in
capite habebat. quia eius diuinitas ante incarnationē
suam tantā misericordiā assumpserat. ut homo fieri p
hominibus non dedignaretur. & ad ultimū pessima morte
damnari. Et facies eius. erat sicut sol. Sepe p solem dn̄s
designatur. quia sol omnes creaturas uisibiles suo splen
dore atq; pulchritudine ante cedit. Sed que creatura po
test comparari creatori. Verum p figuras uisibiles: sepe
inuisibilia demonstrantur. In corde igitur electorum
xp̄s sol est. quem cernere p spem nullo modo desistunt.

94v

Image ID: 10686441



& ad cuius pulchritudinem intuendam · semp uenturos esse
credunt · Et pedes eius tamquam columna ignis · P columnā
ignis ecclesiam possumus accipere · siue quia scō spū ignita
resplendet · siue quia amore dei atq; pximi indesinenter ardet ·
P duos uero pedes · duos populos intelligere debemus ·
Ex duobus ergo pedibus una columna efficitur · quia ex duo
bus populis ex iudeis uidelicet atq; gentibus · una ecclā
fabricatur · Possumus etiam p duos pedes · duo testamen
ta intelligere · sicut in sequentibus plenius demonstrabimus ·
Nec discordat a sensu superiori · eo qd uetus testamentū
iudeis · nouum autem specialiter gentibus sit traditum ·
2 Et habebat in manu sua libellum aptum · Hic liber · supe
rius septem sigillis signatus fuisse describitur ·
Sed de eius aptione · dnō largiente aliqua diximus ·
Libellum igitur aptum in manu sua dns nr ihs xps tenere
uisus est · quia sensus diuinarum scripturarum doctorib;
ecclē ipse aperuit · Et posuit pedem suum dextrum
supra mare · sinistrum autem sup terrā · Per pedem
dextrum sicut diximus nouum testamentū · p sinistrū
uetus designatur · Possumus autem p mare populū
gentium intelligere · Propter pfunditatem ignoran
tie atq; errorem · Per terrā uero que excolitur ut fructū
ferat iudeos · qui excolebantur p disciplinā legis · & fructū
ferebant · cum precepta legalia quamuis carnaliter imple
bant · Pedem ergo suum dextrum dns sup mare posuit ·
quando specialius gentibus doctrinā euangelii quā iudeis
tradidit · sicut paulus apls eisdem iudeis loquitur dicens ·

95r

Image ID: 10686442



Uobis oportebat primum loqui uerbum dei: sed quia repulistis
illud. & indignos uos iudicastis eterne uite. ecce conuertimur
ad gentes. Pedem sinistrum sup terrā posuit. quando legem
iudeis specialiter tradidit. Sed nullum moueat. quod posterio
ra prius cōmemorauerit & priora posterius. eo qd̄ in diuinis
scripturis hoc sepe contingat. Ad qd̄ comp̄bandum. unū
tantum modo exemplum p̄feramus. In p̄salmo centesimo
quinto cum dixisset. aperta est terra & deglutiuit dathan.
& operuit sup congregationem abiron. exarsit ignis in
sinagoga eorū. flamma conbussit peccatores. retro reuer
titur & dicit. Et fecerunt uitulum in oreb. & adora
uerunt sculptile. Nec inconuenientur p̄ dextrum pedem
nouum testamentum. p̄ sinistrū autē uetus designatur.
eo qd̄ uetus testamentū umbra fuerit noui testamen
3 ti. Et clamauit quem ad modū cū leo rugit.
Clamauit xp̄s p̄ legem. sed non quem ad modū cū leo
rugit. quia in una domo israel. uox eius tantū modo
audita est. Clamauit postea p̄ euangeliū. quē ad
modū cū leo rugit quia in omnē mundū uox eius
intonuit. Et cum clamasset. locuta sunt septem
tonitrua uoces suas. P̄ septem tonitrua. septem uirtu
tes possumus accipere. Clamauit xp̄s p̄ legem. sed
septem tonitrua non sonuerunt. Clamauit p̄ euangeliū.
& locuta sunt septem tonitrua uoces suas. nā illis
quibus lex dicebat. maledictus qui non reliquerit semen
suū in israhel. e quibus ob hoc plures uxores atque con
cubinas habere licitū erat. pudicitie tonitruū nec dum

95v

Image ID: 10686443



sonuerat. Similiter et illi quibus lex dicebat oculum pro oculo
dentem pro dente. et quale inflixerit quis maculam. talem et susti
nere cogatur. nec dum tonitruum patientie audierant.
Et illi tonitruum caritatis. nec dum perfecte audierant. quib;
lex dicebat. diliges amicum tuum. et odio habebis inimicum
tuum. Idem et deceteris, uirtutib; intelligendum est. Septem ergo
tonitrua locuta sunt. quando per doctrinam euangelii sublimitas
4 uirtutum cepit demonstrari. Et audiui uocem de celo dicentem
michi. signa que locuta sunt septem tonitrua. noli ea scribere.
Uox de celo. uox est de ecclesia. Scribere uero est predicare.
quia sicut scriptor atramento in uolumine scribit. unde
legentes exercitentur. ita et quilibet doctor uerba dei scri
bit. cum ea predicando. in cordibus audientium plantat.
Cur per uocem ergo que de celo sonuit, prohibitum est ne septem
tonitrua scriberentur. in actibus apostolorum et in epistolis
pauli inuenire possumus. Initio namque fidei. predicatores
sancti uidentes infirmitatem gentium. ad fidem uenientium.
non sunt ausi eius austeriora xpi precepta committere.
ne forte duritia preceptorum territi. non auderent ad fidem
xpi suscipiendam accedere. sicut paulus apostolus discipulis suis
scripsit dicens. Tamquam paruulis in xpo. lac uobis potum dedi
non escam. Non dum enim poteratis. sed nec ad huc quidem
potestis. adhuc enim estis carnales. Sed et apostoli qui erant
ierosolimis. eis ex gentibus crediderant. mandauerunt dicen
tes. Placuit spiritui sancto et nobis. nichil imponere uobis honeris
nisi ut abstineatis uos ab escis que idolis immolantur. et for
nicatione. et suffocato. et sanguine. Uox ergo de celo iohannis.

96r

Image ID: 10686444



loquitur. ne septem tonitrua scriberet. quia apli qui per
celum designantur. primis predicatoribus preceperunt.
ne nouiter ad fidem uenientes. subito ad celsitudinem
uirtutum conscendere cogerent. donec in fide confortati.
et iam ad operationem uirtutum transire possent.
5 Et angelus quem uidi stantem supra mare et super
6 terram. cum leuasset manus suas. et iuraret per uiuentem in
eternum. qui creauit celum et ea que in eo sunt. et ter
ram et ea que in ea sunt. mare et ea que in ea sunt. quia
7 tempus amplius non erit. sed in diebus septimi angeli cum
ceperit tuba canere. consummabitur misterium dei quod
euangelizauit per seruos suos prophetas. Nos quando iuramus
uolumus ut firmum sit quod loquimur. Dixisse ergo dni
iurasse est. quia fieri non potest. ut quod loquitur deus irritum
fiat. sicut ipse dixit. Celum et terra transibunt. uerba
autem mea non transient. Cum igitur xps per uiuentem
in eternum et per eum qui fecit omnes creaturas iurauit. per
semet ipsum iurauit. quia omnia per ipsum facta sunt. et
sine ipso factum est nichil. Iurauit autem non quibus
dam uerbis semet ipsum obligando. sed dicendo que uentura
erant. Per septimum uero angelum. predicatores qui in
fine mundi futuri sunt designantur. de quibus insequen
tibus dicemus. Iurauit ergo xps. quod in diebus septimi
angeli consummabitur misterium dei. quod euangelizauit
per seruos suos prophetas. quia predixit quod tunc ueni et
finis. cum omnis electorum numerus fuerit comple
8 tus. Et uocem quam audiui de celo iterum loquentem

96v

Image ID: 10686445



mecum & dicentem. Vade & accipe librum de manu angli
stantis supra mare. & supra terram. Vocem primam eam
dicit. quando de celo ei dictum est. signa que locuti sunt
septem tonitrua. noli ea scribere. Eandem itaque uocem
se iterum audisse dicit. quia eiusdem spiritus sancti uox fuit
illa. cuius & ista. Per iohannem in hoc loco omnes apostolos
intelligere possumus. Vox ergo diuina iohanni locuta
est ut iret ad angelum & acciperet ab eo librum. quia
spiritus sancti gratia apostolis inspirauit. ut relictis omnibus
xpm sequerentur. ut doctrinam euangelii ab eo percipe
rent. & abii ad angelum dicens ei ut daret michi librum.
9 Abierunt apostoli ad xpm. ut ab eo doctrina diuinarum
scripturarum instruerentur. Et dixit michi.
Accipe & deuora illum. & faciet amaricare uentrem
tuum sed in ore tuo erit dulce tamquam mel.
Et cum deuorassem eum. amaricatus est uenter meus.
10 Per os in quo sapores discernuntur. corda apostolorum
intelligere possumus. Per uentrem autem in quo omnis
spurcitia corporis commoratur. memoriam peccatorum
intelligere debemus. Liber igitur dum deuoraretur
ut mel dulce fuisse dicitur. quia diuina scriptura
dum in mente reuoluitur. uitamque eternam
mandata dei custodientibus repromittit. dulcis ut
mel in corde efficitur. cum uero mentem a superio
ribus ad inferiora id est a contemplatione patrie celes
tis ad peccata sua intuenda deducit. penasque quas im
pii pro peccatis suis passuri sunt ostendit. que antea

97r

Image ID: 10686446



97v

Image ID: 10686447



redditurus sit. Sed cum sci patres tradant quod post
reuersionem suam de exilio tantum modo in efeso. et circa ad
iacentia eius loca predicauerit. ibique et mortuus sit. et cor-
pore eius requiescat. quomodo populis. et gentib; et linguis
et regibus multis pphetasse dicitur. Sed pphetauit id est
predicauit. per euangelium suum quod postea scripsit. omnibus
gentib; et linguis et regibus multis. quia per omnes gentes
dispersum est. et in meditatione eius omnes terrarum populi
regesque multi proficiunt. Et datus est michi calamus
mensure similis uirge dicens. Surge et metire templum
dei et altare et adorantes in eo. Per calamum quo antiqui scri
bere solebant. euangelium quod ei datum est a domino. et quod
postea scripsit designatur. Per uirgam uero. sepe disciplina acci
pitur. Calamus igitur qui iohanni datus est. similitudinem
uirge habuit. quia disciplina xpianorum est euangelium.
Vnde et templum. et altare et adorantes in eo metire
precipitur. Per templum namque ecclesia. per altare sci et
perfecti uiri. qui in ecclesia consistunt. Per adorantes autem
in eo. cetera multitudo que eorum doctrina instruitur desig
natur. Templum nempe dei. et altare. atque adorantes
in eo. unusquisque predicator metitur. dum unicuique secundum pro
priam capacitatem spiritalis gratie doctrinam administrat.
Aliter paganus. aliter xpianus. Aliter hereticus. aliter
catholicus. Nam et dominus dicit in euangelio. quia pater
familias peregre proficiscens. uocauit seruos suos. et tra
didit illis bona sua; et uni dedit quinque talenta.
alii autem duo. alii uero unum. unicuique secundum propriam

98r

Image ID: 10686448



98v

Image ID: 10686449



amicti saccis. Testes duos dn̄s heliā & enoh uocat.
qui aduentum eius scd̄m precurrent. sicut iohannes pre
4 cucurrit primū. Hi sunt due oliue & duo candelabra in
conspectu dn̄i terre stantes. Oliua oleū fert. qd̄ sup
candelabrū postea ponitur. ut luceat omnibus qui in domo
sunt. Per oleum in hoc loco sapientiā spiritalē possumus
accipe. Unusquisque enim oliua tunc est. quando apud
se quiescens p contemplationis grām deo deseruire studet.
quando illud implere studet qd̄ dn̄s dicit in euangelio.
Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. ut sit elemo
sina tua in abscondito & pater tuus qui uidet in abscon
dito: reddet tibi. Candelabrū uero tunc fit. quando
illud implet qd̄ dn̄s dicit in euangelio. Uideant opa
urā bona. & glorificent patrē urm̄ qui in celis est.
Duo igitur isti sc̄i modo oliue sunt. cum in aliquo
positi loco terre ubi eos maiestas diuina commorari
p̄cepit. p contemplationis grām deo deseruiunt
Candelabra tunc fient. cum ad explendum predicatio
nis sue officiū uenerint. quando omnibus & fidelibus
uidelicet & rep̄bis. uerbum dei annuntiabunt.
De hoc candelabro dn̄s dicit in euangelio; neque accen
dunt lucernā & ponunt eam sub modio. sed sup can
delabrum: ut luceat omnibus qui in domo sunt.
Lucerna quippe sup candelabrum ponitur. quando
officium predicationis sc̄o uiro traditur. qui bonū
qd̄ p̄dicat. flammis illustrat operū bonorum.

99r

Image ID: 10686450



99v

Image ID: 10686451



100r

Image ID: 10686452



100v

Image ID: 10686453



101r

Image ID: 10686454



dimidium · tres annos & semis intelligere · quib; ii
duo pphete predicaturi sunt. P monumenta uero ·
mentes reprborum intelligere possumus · De his monumentis
dns loquitur dicens. Ve uobis scribe & pharisei · quia estis
sicut sepulchra dealbata · que foris quidem uidentur can
dida · intrinsecus autem plena sunt omni inmunditia &
ossibus mortuorum · sic & uos foris quidem paretis homi
nibus iusti · intus autem pleni estis rapina · & iniquitate ·
In monumentis igitur · reprbi corpora scorum non sinent
poni · quia doctrinam illorum amentibus suis abicient ·
Quod autem post tres dies & dimidium · spus uite adeo in
trare in eos dicitur · & stare sup pedes suos · resurrectio
nis tempus accipere possumus · quod post tria tempora
& dimidium · quamuis non statim · in pximo tamen fiet ·
Stabunt quippe super pedes suos · quando post resur
rectionis tempus · quanta sit eorum uirtus atq; mag
nificentia · omnibus impus manifestabitur · Timor
uero magnus cadet sup inimicos eorum cum uiderint eos ·
quia in die iudicii cum uiderint eos gloriamq; illorum ·
turbabuntur timore horribili dicentes · hi sunt quos
aliquando habuimus in derisum · & in similitudinem
in pperii · Hos insensati uitam illorum estimabamus
insaniam · & finem illorum sine honore · Quomodo com
putati sunt inter filios dei · & inter scos sors illorum
est · Et quia malachias ppheta ex psona dni loqui
tur dicens · Ecce ego mittam uobis heliam pphetam ·
qui conuertat corda patrum ad filios · & cetera que

101v

Image ID: 10686455



secuntur, credimus iudeos per predicationem helie. sicut
superius prout potuimus demonstrauimus. ad fidem xpi esse
conuertendos. Possumus autem per duos testes. duorum popu
lorum predicatores intelligere. iudeorum uidelicet atque gentium.
Qui diebus mille ducentis sexaginta prophetaturi esse dicuntur.
quia omni tempore. quo anti xpi persecutio. atque deceptio per uni
uersum orbem deseuiet. quoscumque possunt ad uiam ueritatis
13 reducere studebunt. Et in illa hora factus est terremotus
magnus. Nunc ad initium predicationis helie et enoch reuertitur.
Terremotus sicut superius iam diximus. motionem cordium solet
signare. Terre motus tunc fiet. cum per predicationem helie
et enoch. multi ad penitentiam. multi ad fidem conuertentur.
Et decima pars ciuitatis cecidit. Non sanus sensus mihi esse.
uidetur ut per ciuitatem cuius decima pars cecidit. ecclesiam
intelligamus. eo quod hic sermo magis ad ciuitatem diaboli.
quam ad ciuitatem dei respiciat. Illius ergo ciuitatis in hoc
loco decimam partem corruisse dicit. quam superius ciuitatem
magnam sodomamque et egyptum uocauit. et in cuius platea
corpora sanctorum per tres dies et dimidium. insepulta iacere dicun
tur. Et quia per denarium numerum sepe lex designatur. eo quod
lex per decalogum sit accepta. possumus per decimam partem que
corruit iudeos obseruatores legis intelligere. qui per predica
tionem helie fidem xpi suscipientes. a ciuitate diaboli corruent
atque predidentur. Et occisa sunt terremotu septem milia hominum.
et reliqui in timorem sunt missi. et dederunt gloriam deo celi.
Sicut per denarium numerum lex. ita et per septenarium sepe gratia euan
gelii accipitur. Ecce decima pars ciuitatis quam non ex lapi-

Image ID: 10686456



102v

Image ID: 10686457

dei adnuntiabunt. Et facte sunt uoces magne in
celo dicentes. Possumus per celum ecclam. per uoces uero
magnas scorum uerba intelligere: qui in aduentu dni
ad iudiciu uenientes exultabunt. sicut dns dicit in
euangelio. Respicite et leuate capita ura: quia ap
propinquat redemptio ura. Factu est regnu huius
mundi. dni et xpi eius: et regnabit in scla sclorum.
Nun quid antea non erat dni et xpi eius regnu huius
mundi? sed regnu huius mundi homines uocauit: in quorum
mentib; aut regnat ds. aut regnat diabolus. Regnat
ds in scis eius: regnat diabolus in eis qui sunt ex parte
eius. Ipse est enim rex sup oms filios supbie. Regnu igitur
huius mundi dni et xpi eius tunc fiet. cu diabolus cu
omnib; quos decepit in infernu demersus fuerit. cu illud
implebitur qd angls ad danielem loquitur dicens.
Regnu aut et potestas qd est subter ome celu. tradetur
poplo scorum: qui et optinebunt illud usq; in seculu. et
scl'm sclorum. Et uiginti quattuor seniores qui in conspec
16 tu di sedent in sedibus suis. ceciderunt in facies suas:
et adorauerunt dm dicentes. Piuginti quattuor senio-
res. in hoc loco animas scorum que in celesti beatitudine
cu dno comorantur. possumus intelligere. Sedes u reqe
sepiternam designat. Uiginti iiii seniores in conspectu dei
sedent in sedib; suis. qa scorum anime sine corporib; in celesti
beatitudine modo cu dno requescunt. In facies suas ceci-
derunt et adorauerunt. qa sci di cu uiderint iustissimu
di iudiciu pagi. inenarrabile q; ei potentia: deicient

103r

Image ID: 10686458



103v

Image ID: 10686459



angelis eius. Sed querendum est nobis. quam terram impii corru-
perunt, semetipsos utique male uiuendo corruperunt.
quando in luxuriis. ceterisque uitiis. corpora sua enutrierunt.
Corruperunt et aliorum terram: eorum uidelicet quos et uerbis et
exemplis ad mala opera agenda pertraxerunt. Nunc ad ea que
preter miserat. id est ad mala anti xpi narranda reuertitur.
Et ut commodius ad ea exprimenda perueniat. ab aduentu xpi
incipit. atque mala que ecclesiam a diabolo passa est commemorans:
qualiter idem diabolus eandem ecclesiam per anti xpm euertere
conetur: adnectit. Et apertum est templum dei in celo: et uisa
est arca testamenti eius in templo eius. Possumus per templum
dei. beatam mariam intelligere. per arcam uero testamenti xpm
qui ex ea carnem assumpsit. Templum autem dei non ideo ap-
tum dicitur. quod uterus beate uirginis marie impariendo
dnm apertus sit: que fuit ante partum uirgo. uirgo in
partu. uirgo post partum. Sed ideo apertum dicitur. quia
per ipsam uisibilis nobis factus est dns nr ihs xps. Possumus
etiam per templum. uetus testamentum intelligere. per arcam sacra-
menta que de xpo in ueteri testamento continentur.
Ueniente quippe xpo in carne. apertum est uetus testamen-
tum atque spiritalis intelligentia que in eo latebat fidelibus
est reuelata. Et facta sunt fulgura. et uoces. et terremotus.
et grando magnus. Per fulgura miracula que per xpm facta
sunt. Per uoces uero: eius predicatio designatur. Terremotus
autem motionem cordium designat. Moti sunt namque multi
per predicationem xpi ad penitentiam de peccatis suis per agendam:
moti sunt per infidelitatem ad fidelitatem: moti sunt de

¶ Apertum est templum dei in celo.

104r

Image ID: 10686460



104v

Image ID: 10686461



scripturarum figens. ad celestia cotidie nouit tendere.
Que etiam in capite suo coronam stellarum duodecim habuisse
uisa est. Caput ecclesie xpus est. Duodecim uero stelle. duo
decim sunt apli. Possumus nichil hominus per caput mentes
fidelium intelligere. Mulier ergo in capite coronam stellarum
duodecim habuisse uisa est quia mentes fidelium doctrinam
et actus aplorum cum eos imitari satagunt exornant.
2 Et in utero habens. et clamabat in doloribus. et cruciabatur
ut pareret. Quomodo infans in utero coagulatur huma
namque formam accipit atque spiramentum. similiter et ecclam
infideles quosque quos in utero gestat. dum eos predicando
tamdiu nutrit. usque dum humanam formam accipiant.
idem. usque dum in xpm credant. atque animam spiritalem
accipiant que in baptismo datur. cum efficiuntur filii dei.
Unde et clamare in doloribus dicitur et cruciari ut pareret.
Clamat namque ecclam predicando. clamat etiam pro auditorum
suorum salute dm deprecando. Cruciatur uero ut pariat.
cum luget eos quos in peccatis iacere conspicit. sicut paulus
apls. infirmantibus discipulis loquitur dicens. Filioli mei
quos iterum parturio. donec formetur xpus in uobis. Et in ac
tibus aplorum effesius loquitur dicens. Quia per triennium
cotidie non cessaui. cum lacrimis monens unumquemque
uestrum. Et psalmista de predicatoribus loquitur dicens.
Euntes ibant et flebant. mittentes semina sua.
3 Et uisum est aliud signum in celo. Et ecce draco mag
nus rufus. habens capita septem. et cornua decem. et in capi
4 tibus suis septem diademata. et cauda eius trahebat tertiam

105r

Image ID: 10686462

partem stellarum celi · et misit eas in terram. Draco iste diabo
lum significat. Rufus autem color talis est · ac si croceo colori
sanguineum admisceas. Concordat uero pallidus color · id est
croceus cum sanguineo. Quia sanguis dum effunditur mortem
adducit · pallor autem totum corpus morientis occupat.
Recte ergo diabolus habere dicitur colorem mortis · quia
illius inuidia · mors introiuit morbem terrarum. Per septem
uero capita reprobi · quibus diabolus ad decipiendum genus huma
num usus est designantur. Diademata regiam eius potestatem
designant · ipse est enim rex sicut dicit scriptura · super omnes
filios superbie. Nam sicut per septem cornua agni · omnes electi
designati sunt quos in septem partes diuisimus · ita et per septem
capita draconis · reprobi qui eis in uia dei aduersati sunt de
signantur. Primum namque caput draconis fuerunt reprobi ·
qui ante diluuium fuerunt · quos scriptura filios hominum
uocat · qui eis qui filii dei uocabantur in laqueum fuerunt
Secundum caput diaboli fuerunt · hi qui post diluuium
usque ad legem fuerunt inuentores scilicet idolorum · diuer
sorumque errorum · per quos genus humanum deceptum est ·
Tertium caput diaboli fuerunt hi · qui post quam lex data
est populo dei · idola colere suadebant. Quartum caput
diaboli fuerunt · falsi prophete reges que impii · a quibus
populus dei in tantum deceptus est · ut per suis iniquitatibus
in captiuitatem duceretur. Quintum caput fuerunt impii
iudei · qui et dominum occiderunt · et apostolos eius persecuti sunt ·
Sextum caput · fuerunt persecutores ecclesie. Septimum
uero caput diaboli · erit anti xpus. Quid significent

105v

Image ID: 10686463



autem decem cornua insequentibus dicemus. eo loco ubi mulier
meretrix super bestiam coccineam sedisse uisa est. Per caudam uero que
finis est corporis. anti xpus designatur. Tertiam igitur partem
stellarum celi cauda draconis traxisse uisa est. quia anti xpus
multos ex his qui ab hominibus electi putabuntur. et qui in
ecclesia uelud stelle in celo scientia et intellectu refulgent
decipiet. atque in perditionis foueam demerget. Et draco stetit
4 ante mulierem que paritura erat. ut cum peperisset. filium
eius deuoraret. Possumus per mulierem in hoc loco et beatam
mariam intelligere. eo quod ipsa mater sit ecclesie. quia eum peperit
qui est caput ecclesie et filia sit ecclesie. quia maximum membrum
est ecclesie. Draco igitur stetit ante mulierem. ut cum peperis-
set filium eius deuoraret. quia in exordio natiuitatis xpi. eum
per herodem ministrum suum interficere uoluit. Stat etiam
ante mulierem id est ecclesiam ut eos quos per baptismum deo
generat. mala suadendo perdat. Et peperit filium masculum.
5 In quantum hoc ad dominum ihesum xpm pertinet. quid necesse fuit
dicere filium masculum mulierem peperisse. cum omnes scia-
mus masculum esse. dominum nostrum ihesum xpm. In quantum uero ad eccle-
siam. cur dicit masculum eam peperisse. cum ex utroque sexu filios
et filias cotidie deo generet. Femineus quippe sexus fragi-
lis est. Femina igitur que fortitudine animi assumpta dia-
bolum uincit. atque per bona opera deo placere studet. non
incongrue uir uocatur. quia quamuis corpore sit femina.
uirtute tamen animi uiris bonis coequatur.
Mulier itaque masculum peperit. quia eius menbra
quem beata uirgo maria peperit. cotidie ecclesia parit.

106r

Image ID: 10686464



106v

Image ID: 10686465



ut qualiter ꝑ passionē suā diabolum uicit sub iungat.
Michael qui interpretatur quis ut dꝰ. xp̄m significat.
Prelium in cęlo factū est: idest ꝓpter cęlū: ꝑ salute
uidelicet omnium electoꝝ. Preliatus est michael
cū dracone: quia xp̄s predicando. patiendo. & moriendo.
ꝑ salute generis humani preliatus est. Preliati sunt
angeli michaelis idest apl̄i xp̄i cū dracone. predicando
uidelicet. miracula faciendo. & ad ultimum ꝑ xp̄i nomine
moriendo. Et draco pugnabat & angl̄i eius. Pugnauit
draco & angeli eius contra michaelem. quando diabolus
& cetera multitudo demonū: iudeos contra xp̄m excita-
uerunt. ut eū interficerent. Pugnauit & contra
angl̄os michaelis. quando apl̄os xp̄i. & ꝑ iudeos & pe-
paganos tamdiu ꝑsecutus est. usque dum eos inter-
ficeret. Et non ualuerunt: neque locus inuentus est
8 eoꝝ amplius in cęlo. Non ualuit diabolus neque mi-
nistri eius uincere xp̄m & apl̄os eius: quia unde
putauerunt uinci uicti sunt. Putauerunt
namque xp̄m se ꝑ mortem uicisse. sed ex morte
nomen eius claruit in mundo. Non ualuerunt ꝯ
neque locus inuentus est eoꝝ amplius in cęlo: quia
ꝑ predicationē apl̄oꝝ cęterorūq; scōꝝ a cordibus elec-
torum qui ꝑ cęlū designantur expulsi sunt.
9 Et ꝓiectus est draco ille magnus serpens antiquus:
qui uocatur diabolus & satanas: qui seducit uniuer-
sū orbem. & ꝓiectus est in terrā. & angeli eius cū
eo missi sunt. Recte diabolus serpens uocatur:

107r

Image ID: 10686466



107v

Image ID: 10686467

diabolus regnabat: cepit regnare pat̄. et filius et sp̄s sc̄s. facta
est et potestas xp̄i eius. cū eos quos diabolus possidebat. cepit
xp̄s possidere. Quia p̄iectus. ē. accusator frm̄ nr̄or̄. q̄ accusa
bat illos ante conspectū dn̄i nr̄i die ac nocte. Accusantur
noxii homines apud iudices. cū eorum scelera eis manifestant̄.
In conspectu u̅ dī quin̄ solū facta sed et cogitata considerat.
quomodo diabolus aliquē accusare potest? Sed accusamur
in conspectu dī cū peccamus. Accusat et diabolus cū in pecca
ij tis mala suadendo deicit. Et ipsi uicerunt eū p̄pter sangui
nē agni. et p̄pter uerbum testimonii sui. Propter sanguinem
agni uicerunt. quia redemptio sanguinis xp̄i hoc contulit
sc̄is. ut diabolum possent uincere. Uicerunt etiam p̄pter
uerbum testimonii sui: fidē seruando quam p̄fessi sunt:
eamq; operibus implendo. Sed ualde obscurū est q̄d sequit̄:
[illegible] et non dilexerunt animas suas. usque ad mortē. Quomo
do enim sc̄i animas suas non diligunt p̄ quarū salute
ardua queque ac difficilia patiuntur. Quomodo animas
suas non diligunt p̄ quibus semetipsos. uigilus: ieiunus.
abstinentia macerant. atq; ceteris uirtutibus exercent.
Quod si p̄ animā uitā presentem intelligere uoluerimus.
quis sc̄s uitā suā non diligit. in qua positus. illā celestē
gloriā sibi adquirit. quā nec oculus uidit. nec auris audi
uit. nec ulla mens potens cōprehendere. Aut quis
ad illā sine ista umquā p̄uenit. Lucrum enī magnū
confert sc̄is uita p̄sens. sic e contrario: reprobis magnū
detrimentū. Secundū tamē quendā modū recte dicun
tur sc̄i uitā suā odio habere. eo q̄d p̄pter amorē uite

Image ID: 10686468



Image ID: 10686469

aduos habens iram magnam. sciens quod modicum tempus
habet. Possumus per terram iudeos. per mare uero paganos
ceterosque reprobos intelligere. Ue igitur iudeis atque genti
bus incredulis. quia propter iram quam habet diabolus
eo quod maximam multitudinem amiserit. tam atrociter
reprobis dominatur. et in tantis flagitiis deicit. ut nullo
modo digni sint. quatinus aduite uias reuertantur
et sanentur. Dicit etiam diabolum scire quod modicum
tempus habeat. quia quanto appropinquare cernit
diem iudicii. tanto callidior efficitur ad decipiendos
13 homines. Et postquam uidit draco quod proiectus est in
mulier figurat ecclesiam
terram. persecutus est mulierem que peperit masculum.
Uidens diabolus se maximam multitudinem electorum
ammisisse. et intra angustias cordium reproborum esse. con
clusum. persecutus est mulierem id est ecclesiam. Conci
tauit imperatores romanorum omnemque impiorum multi
tudinem: ad persequendum populum dicitur. Et date sunt mulie
14 ri due ale aquile magne. ut uolaret in desertum in
locum. ubi aliter per tempus et tempora et dimidium temporis.
a facie serpentis. Per aquilam xpm possumus intelligere.
Due uero ale. duo sunt testamenta. Due igitur ale date
sunt mulieri. quia duo testamenta ecclesia accepit. ut
eorum doctrina. et diabolum euadat. et ad celestem patriam
cotidie conscendat. Hanc namque patriam desertum uocat.
quem admodum et dominus dicit in euangelio. Cum se non aginta
nouem oues in deserto dixit dimisisse. et unam ab isse querere
que errauerat. Hanc patriam locum ecclesie uocat. sicut in

109r

Image ID: 10686470



109v

Image ID: 10686471

electi sunt qui in fine mundi nascituri sunt. Quem admo
dum autem hoc prelium diabolus peragat. in sequentibus
18 manifestatur. Et stetit super arenam maris. Per arenam maris:
multitudo reproborum qui eo tempore futuri sunt designantur.
Cap XIII 1 Et vidi de mari bestiam ascendentem habentem capita sep
tem et cornua decem. et super cornua eius. decem diademata.
Hec bestia antixpm significat. Qui vero designantur
per arenam: ipsi et per mare multitudo scilicet reproborum.
De mari igitur bestia conscendere visa est. quia de socie
tate reproborum antixps exurget. Que bestia capita
septem et cornua decem habere describitur. Similiter
et draco superius septem capita habuisse dictus est. et in
capitibus septem diademata. per que omnes reprobos. quibus
diabolus ad decipiendum genus humanum usus est diximus
fuisse designatos. Hec autem bestia non in capitibus sed
in decem cornibus decem diademata habuisse describitur.
Ideoque per decem cornua. gentes quas sibi antixps sub
iugaturus est designantur. Septem vero capita:
septem vitia principalia significant. et ut sequen
tia melius intelligamus. placuit mihi in enumeratio
ne vitiorum prudenti[illegible]um sequi vestigia. qui de conflictu
vitiorum atque virtutum egregie versibus diserverunt.
Primum namque vitium posuit culturam idolorum. secundum
libidinem. tertium iram. quartum superbiam. quintum
luxuriam. Quamvis enim libido ita inserta sit
luxurie. sicut aliquod membrum corpori. per qua
re a patribus pro libidine sepe luxuria ponebatur.

110r

Image ID: 10686472



110v

Image ID: 10686473



ea corda que omnib; uitus sunt repleta. quē ea que
cunctis uirtutibus pollent. Scope autē sunt que domū
aquis quilus emundant. Habet igitur ds scopas suas.
habet diabolus. Scope dī sunt que domum eius emun-
dant. ut in ea ipsa habitare possit. confessio peccatorum.
penitentia. lacrime. elemosine. Scope diaboli sunt.
que scdm eum domū ipsius euertunt. amor scli. leui
tas mentis. contemptus mandatorum dī. & multa alia.
Septē ū sps quos diabolus secū assūpsit. vii. sunt uitia
principalia. Cū his ergo. vii. satellitib; diabolus iudeos
usque modo possidet. Sed queri potest cur hec. vii. uitia
principalia diabolo. ēē. deteriora dicat. Verum nob' sūt
deteriora uitia quā demones. quia illi foris nos impug
nant. uitia aut intrinsecus nos assidue debellant.
Nam sic leuius tolerantur hostes qui extrinsecus urbē
oppugnant eoqd muros habeant obiectos. quā hii
qui intrinsecus positi. iam ciuitatem depopulantur.
ita facilius tolerantur demones qui exterius quā uitia
que intus nos indesinenter deuastant. Et sup capita
eius nomina blasphemie. Blasphemia antixpi plura
nomina habebit. quia multis modis xpm blasphema
bit. Et bestia quā uidi similis erat pardo & pedes
eius sicut ursi. & os eius sic os leonis. Ppardū qui
fert diuersos colores habere hypochrisis antixpi designat.
Quicū futurus sit homo nequissimus. uarius uirtutib; sede
colorabit. ut facilius stultos qsq; decipiat. Pursū ū qd calli
dissimū ē animal: ei astutia ad decipiendos homines

Image ID: 10686474



111v

Image ID: 10686475



ferre · ne per istorum doctrinam turpiter conuincantur.
Hoc igitur capud · hoc est blasphemia · temporibus
anti xpi mortuum esse · uidebitur · sed a diabolo in anti
xpm resuscitabitur · quem ad blasphemandum xpm
in tantum accendet · ut omnes blasphematores in suis
blasphemiis ante cedat · Et admirata · est · uniuersa
terra post bestiam · per terram peccatores homines designantur.
4 Et adorauerunt draconem · quia dedit potestatem
bestie · et adorauerunt bestiam dicentes · Quis similis
bestie · et quis potest pugnare cum ea? Quomodo dra
conem id est diabolum adorabunt · quem non uidebunt?
Sed adorabunt anti xpm illi qui per terram designantur.
et in anti xpo diabolum · dicentes nullum esse · anti xpo
similem · nec esse · qui eius fortitudini possit coequari.
5 Et datum est illi os loquens magna · et blasphemias.
Datum est · id est · permissum est a deo ut loquatur magna
de semetipso · dicens se esse · filium dei · et ut loquatur
blasphemias de deo. Et data est illi potestas facere
menses quadraginta duos. Difficile uidetur: ut in
tam paruissimo tempore id est in tribus annis et dimidio.
et omnes gentes sibi subicere: et ad suam culturam genus
humanum preter paucos electos possit perducere.
Erunt enim multi electi · sed in comparatione infideli-
um · ualde paucissimi · Verum potest fieri · ut primo
omnes gentes sue dicioni subiciat · postea uero in superbiam
elatus · se per dominum coli instituat. Nam sic michi uidetur
in tribus annis et dimidio · persecutionis tempus

Image ID: 10686476



112v

Image ID: 10686477



Image ID: 10686478



113v

Image ID: 10686479



batur ut draco. Hec bestia aut unum ex discipulis anti
xpi designat. deteriorem ceteris. aut multos qui eum
predicaturi sunt. Que de terra ascendisse uisa est.
quia de societate reprobor exurget. Duoq; cornua similia
agni habuisse uisa est. Superius diximus. per septem cornua
agni. omnes electos esse designatos. quos in septem partes
diuisimus. Per quintum autem cornu diximus iudeos. qui
in xpm crediderunt fuisse designatos. Per sextum uero
gentes que similiter in xpm crediderunt. Bestia
itaq; cornua duo similia agni habebit. quia et iude
os et gentes decipiendo possedebit. Quia quamuis
multi credant ex iudeis per predicationem helie in xpm:
maxima tamen pars eorum anti xpm secutura est. sicut
dixit dns in euangelio. Ego ueni in nomine patris
mei. et non recepistis me. Alius uenit et in nomine
suo illum suscipietis. Loquebatur ergo hec bestia ut
draco. quia eius uerba diabolica erunt. Nam diabolus qui
loquetur per anti xpm. ipse loquetur et per discipulos
12 eius. et omnem potestatem prioris bestie faciebat in
conspectu eius. Quod dicit in conspectu eius. significat
in nomine eius. Non enim presens poterit esse. anti xps
in omnibus locis. ubi a suis fuerit predicatus. Faciet namq;
miracula anti xps arte diabolica. facient et discipuli
in nomine eius. sed eorum miracula falsa erunt et non uera.
sicut dicit apls. Cuius aduentus erit secundum operationem
satane. in omnibus uirtutibus et signis. et prodigiis menda
cibus. Non enim credibile est. ut eos quos ds excecauerit:

114r

Image ID: 10686480



114v

Image ID: 10686481



necromantiam artem ut statuę uiderentur moueri
& loqui. Possumus hoc aliter intelligere. imago
speciem habet hominis. sed non est homo. Similiter
& anti xp̄s ꝓpter operationē uirtutū atq; signorum
putabitur dñs. sed hoc falsissimū erit. Non enim
potest fieri ut homo impiissimus. aliquid deitatis
in se habeat. imaginem ergo anti xp̄i facient. qui
eum dñm existimabant. Ministri uero anti xp̄i
spm̄ imagini bestię dabunt. cum eos qui credi
derint anti xp̄m. xp̄m blasphemare compellent.
& faciet ut quicumq; non adorauerint imaginē
bestię occidantur. Fideles qui anti xp̄m adorare
noluerint. diuersis pęnis macerati interficientur.
Erit namq; tribulatio talis sicut dixit dñs in euangelio
qualis non fuit ab initio neq; fiet. ita ut in errorē
inducantur electi. si fieri potest. Et faciet omnes
16 pusillos & magnos. & diuites & pauperes. & liberos.
& seruos habere caracterem in dextera manu.
aut in frontib; suis. Potest fieri. ut sicut nos habemus
caracterē xp̄i. i. crucē qua signamur. ita habeat
anti xp̄s ꝓpriū caracterem quo signentur hi qui
in eum crediderint. Possumus & hoc aliter intel
ligere. Discipuli anti xp̄i laudatores erunt uitiorum.
Docebunt enim ideo creatum uitiū cęterasq; diuitias.
ut homines his habundanter & efficienter uterentur.
Ideo que fecisse dñm genitalia membra. ut homines
feminis miscerentur. & nefas esse ut aliquis a con-

115r

Image ID: 10686482



115v

Image ID: 10686483



116r

Image ID: 10686484



116v

Image ID: 10686485

homines uirginitatē corporis usque ad mortem seruasse.
sicut sunt infantes. & pueri quos ętas uirginitatem amit-
tere non pmittit. Vidimus etiam quosdam aliquibus
peccatis obnoxios. uirginitatē corporis usque ad mor-
tem seruasse. quos credimus pignē purgatorium esse
purgandos. ut iniustorū numero quandoq; adscribi mere-
antur. Numquid istos tales apostolis & martiribus quos
uxores habuisse scriptura non tacet pferre audebimus.
ut illud canticum suauissimū deo offerant. a quo petrus
eiusque similes alieni existant. Nam sicut est dulcis scis
uisio dei. sic & laus dī. Et quem admodū saturari ne-
queunt uisione dei. ita nec satiari laudibus dī. & quanto
pximiores sunt secundū meritorū qualitates dnō dō.
tanto & feruentiores in laudibus dī. Quis uero digne
considerare potest. quod magna pars glē scis detra-
hitur. si a laudibus dī expertes habeantur. Nec ideo
hoc dicimus. Vt uirginitati derogemus. que magna
est uirtus. sociaque angelorū si tamen eam uitia non fę-
dauerint. Quis enim ꝑpendere potest. q magnū bonū ē.
integritatē corporis & animę possidere. Igitur quia
hęc que superius de uirginibus dicta sunt. de his solum
modo qui uirginitatem corporis seruauerunt intel-
ligere non possumus. necesse est ut indagemus qui sint
uirgines. & qui illi qui canticū uirginū dicere non
poterunt. Nam si supficiem lectionis diligenter
adtendimus. inueniemus non de solis uirginibus. sed
de omnibus scis animabus hęc ēē dicta. Diximus supius

Image ID: 10686486



Image ID: 10686487

Quod enim in conspectu nrō est · indesinenter aspici
mus · In conspectu ergo fideliū qui p̄ sedem & iiii · anima
lia · & seniores designantur · animę fideliū canticū nouū
cantasse dicuntur · quia sci uiri in hac terra posita ·
gloriā scōr̄ in cęlis cōmorantiū oculis mentis assidue
conspiciunt · atq; ut ad eor̄ societatem quandoq; per
ueniant · tota uirtute laborant · Et nemo p̄terat
dicere canticum · nisi illa · c · xl · iiii · milia qui empti
sunt de terra · idē · nemo illor̄ qui p̄ sedem & iiii ·
animalia & seniores designantur · Vident namque
modo fideles uiri in terra posita · quasi p̄ speculum &
in enigmate gloriā scōr̄ in cęlis consistentiū · illud que
canticū quia ardenter desiderant quasi audiunt ·
Sed dicere non possunt · quia oculus non uidit · nec
auris audiuit · nec in cor hominis ascendit · que p̄para
uit ds diligentib; se · Qui de terra empti. ee · dicunt ·
empti sunt quippe in terra positi · pretioso sangui
ne xpi · Sed melius est ut p̄ emptionē · assumptionē
intelligamus · Assumpti sunt enim de terra · & in cęlesti
4 beatitudine collocati · Hi sunt qui cū mulieribus
non sunt coinquinati · uirgines enī sunt · Hic ur
sum questio oritur · Nam si in illa beatitudine diuer
si ordines sunt · ut sunt apli · martires · confessores ·
virgines · quomodo omnes scōr̄ animę uirgines esse
dicuntur · & in canticū uirgines · ut cum mulieribus
quo inquinati non fuisse dicuntur · & si uerū est qđ
ds dicit · Immo uerū est · quia non potest fieri ut

118r

Image ID: 10686488



118v

Image ID: 10686489



narum traxerunt. bonis opibus deletū est.

Similiter & de ceteris sordibus est intelligendū.

Possumus etiam p mulieres: corpora scōr intelligere. p uiros autem animas. quia sicut uir & mulier una caro uocatur. ita corpus & anima unus homo. Et quē admodū femina inferior est uiro. ideoq; necesse est. ut a uiro regatur. eiusq; dominationē pferat. ita corpus multo inferior est quā anima. & ideo necesse est ut a spū regatur atq; dometur. eiusq; desideria frangantur. Quod quia sci facere studuerunt. non sunt coinquinati cum mulierib;: quia ex coniunctione corporū nullas sordes traxerunt. ex quib; dn̄i nimis offenderent. Hi sequuntur agnū quocūq; abierit. Quo uadit. dominia implet. & totus ubiq; est? Sed quē admodum uadat. apls docet dicens. Cui uult miseretur. & quem uult indurat. Vadit itaq; ds miserendo quibusdam. & aquibusdā misericordiā suā auferendo. Secuntur uero sci. quia quib; ille misericordiā suā largitur. largiuntur & illi. & a quib; abscidit. abscidunt & illi.

Hoc de electis in terra positis. intelligere non possumus. Sepe enī illi miserentur. quibus ds non miseretur. sicut samuhel. qui lugebat saul quē ds proiecerat a facie sua. Quosdā etiam sci dampnare uolunt quib; ds miseretur. sicut ionas qui cupiebat ut ninive delerentur. quos ds saluare decreuerat.

Hi empti sunt ex hominibus. primitie dō & agno.

119r

Image ID: 10686490



In lege preceptum est: ut primitie frugum offeren-
tur deo. Per primitias frugum. electi designan-
tur. Nam sicut ex multitudine fructuum parue
primitie deo offerebantur. ita et ex multitudine
populorum. paruus numerus electorum eligitur. qui
ab angelis deo in templo glorie celestis offertur. sicut
dominus dicit in euangelio. Multi enim sunt uocati:
pauci uero electi. Sicut ergo more primitiarum
ex hominibus sunt assumpti. et in celesti beatitudi-
ne collocati. Et more ipsorum non est inuentum men-
dacium. Ualde difficile esse uidetur quod dicitur.
Sunt quippe quedam mendacia ualde grauia:
sunt alia que inter leuia peccata deputanda sunt.
a quibus nostris temporibus nescio si aliquis omni
tempore uite sue abstinere possit: nisi fuerit in-
fans qui loqui ignorat. Non itaque de omnibus menda-
ciis hoc dictum esse michi uidetur. Sed est menda-
cium ualde grauissimum: cum mentimur ea que in baptis-
mate promisimus. Hoc ergo mendacium more sanctorum
non est inuentum. quia hoc quod in baptismate promi-
serunt. usque ad finem uite seruare studuerunt.
Et si fuerunt aliqui qui post baptismum multa peccata
commiserunt. tamen more eorum non est inuentum
mendacium. quia per penitentiam caritatisque opera: ma-
lum quod gesserunt: ante mortem delere studuerunt.
Sine macula enim sunt. Et hic satis aperte demonstrat.
ea que in hac lectione continentur. non ad fideles

119v

Image ID: 10686491



qui in hac uita laborant. sed ad eos qui in celestibus
sedibus requiescunt pertinere. Quis enim in hac uita
positus. sine macula esse potest. cum idem iohan-
nes dicat. si dixerimus quia peccatum non habemus.
nos ipsos seducimus. et ueritas in nobis non est.
Animę uero sanctorum sine macula sunt. quia siquas sordes
ex mundana habitatione contraxerunt. aut per peni-
tentiam et lacrimas. caritatisque opera. aut per flagella
uel certe post mortem igne purgatorio delete sunt.
Dixi quod sensi. quod siquis textum huius lectionis
ad presentem ecclesiam transferre uoluerit. et per uigin-
ti. iiii. milia aut predicatores. et ceteros iustos. in
hac adhuc uita degentes. per nouum uero canticum
quod nemo nisi ipsi soli dicere poterat. euuangelium
designatum esse censuerit. Perpendat sanctum euangelium
non solum ab electis. uerum et a reprobis sepe predicari.
de quibus dominum in euangelio dixisse credimus.
Multi dicent michi in illa die. Domine domine. nonne
in nomine tuo prophetauimus. et in nomine tuo
demonia multa eiecimus. et in tuo nomine uirtu-
tes multas fecimus. et tunc confitebor illis.
Amen dico uobis. nescio uos. Discedite a me omnes
operarii iniquitatis. De talibus etiam paulus loqui-
tur dicens. Sunt qui per contentionem xpm annun-
tiant non sincere existimantes se pressuram susci-
tare uinculis meis. Siquis autem seriem dictionis
huius ad presentis temporis uirgines pertinere

120r

Image ID: 10686492



120v

Image ID: 10686493



& nomen melius a filiis & filiabus. nomen sempi
6 ternum dabo eis quod non peribit. Et vidi alterum
angelum volantem per medium celum. habentem
euangelium eternum. ut euangelizaret seden
tibus super terram. & super omnem gentem. & tribum.
& linguam. & populum dicentem voce magna.
Iterum universa breviter comprehendit. Nam
sicut superius cum mala anti xpi narrare vellet.
ab adventu xpi inchoavit. persecutionesque quas ecclesia
a diabolo passa. est prius narrans. ad anti xpm per
venit. ita & hic diem iudicii describere cupiens
ab adventu xpi inchoat. atque sub specie trium ange
lorum cuncta breviter replicans. ad diem iudicii per
venit. Iste quippe angelus xpm & apostolos eius.
ceterosque xpi predicatores significat. Qui euan
gelium eternum habuisse dicitur. quia doctrina
euangelii a xpo apostolis ceterisque predicatoribus data
est. quam gentibus predicarent. Quod euangelium
eternum esse dicitur. quia eternitatem prestat omni
bus facientibus illud. Quod etiam super terram sedentibus
predicatum esse dicitur. Gentes namque quibus euange
lium predicatum est. nichil aliud quam terram que
rebant. totamque requiem suam in terra posuerant.
Quid autem iste angelus predicet audiamus.
7 Timete dnm. & date illi honorem. quia venit hora
iudicii eius. & adorate eum qui fecit celum & terram.
mare & fontes aquarum. Convenienter timore

121r

Image ID: 10686494



dñi primo posuit. & postea honorem. Timor & enim
dñi ad penitentiã impellit hominẽ: penitentia uero
ad bona opa agenda eum puocat. Honorem itaque
deo deferimus. cum bona opa agimus. sicut ipse
dicit. Videant opa urã bona. & glorificent patrẽ
urm qui in celis est. Hora uero iudicii ex tunc
cepit. ex quo euangeliũ predicari ceptum est.
Illi igitur acriter in die iudicii iudicabuntur:
qui uerbum euangelii audientes illud que spernen-
tes. fidem xpi suscipere noluerunt. Similiter
& illi qui susceperunt fidẽ xpi: sed eã operibus
implere noluerunt. Cui enim plus committitur:
plus exigetur ab eo. De illis autem qui uerbum
dñi non audierunt: dñs loquitur in euangelio.
Qui non credit. iam iudicatus est. Et adorate
eum qui fecit celum & terrã. mare & fontes
aquarum. id est relinquite idola. surda. & muta.
& adorate eũ qui cuncta fecit ex nichilo.
8 Et alius angelus psecutus est dicens. Alius angls:
doctores ecclẽ qui finitis psecutionib; ecclam dñi
gubernauerunt designat. Cecidit cecidit babilon
magna. P babilonẽ sicut superius diximus. ciui
tas diaboli designatur. que ex omnib; impiis con
stat. Ceciderat autẽ. quia omnis cultura demo
num p fidem xpi deleta fuerat. Et bis cecidisse
dicitur. quia ex parte psecutorum. & ex parte
culture diabolice ceciderat. Que a uino ire sue

121v

Image ID: 10686495



potauit omnes gentes. Vinum ire. errores sunt
gentilium. quib; dm̄ ad iracundiā ꝓuocauerunt.
Sed cū babilon nichil sit aliud quā om̄s gentes.
id est omnes reꝓbi. quomodo om̄s gentes a uino ire
sue potauit? Verum cum unus alterū docuit:
& ille tertiū. & tertius quartū. & ita in omnes ho
mines error diabolicus transit. utiq; babilon om̄s
gentes uino ire dei potauit. Et angelus tertius secu
9 tus est illos. dicens uoce magna Siquis adorauerit
bestiam & imaginē eius. & acceperit carecterem ei
10 in fronte sua. aut in manu sua. & hic habet de uino
ire dī. qui mixtus est mero. in calice ipsius.
Angl̄s. iiii^tus. predicatores sunt. qui temporibus
anti xp̄i futuri sunt. Predicabunt enim. ut nullus
anti xp̄m adoret. neq; ad eius pessimā doctrinā
aures cordis accommodet. neque opa eius imitetur.
Qd̄ siquis fecerit. ꝑpetua pena eū esse dampnandum
testabuntur. Per uinū ire dei. dampnatio ultima que
in die iudicii impius irrogabitur designatur. Merum
autem purum dicimus. Per merum igitur. iustitia
dei designatur. Per calicem uero. iudiciū dī accipere
possumus. Vinum itaque mixtum est mero in calice dī:
quia dampnatio ultima quā impii damnabuntur:
mixta erit cum iustitia in calice dī. id est in iudicio.
quia iustissimo dī iudicio ꝑficietur. Bibent igitur im
pii uinum ire dei. cū illis dicetur. Ite maledicti in ignē
eternum: qui preparatus est diabolo & angelis eius.

122r

Image ID: 10686496



122v

Image ID: 10686497



qui prius veterem hominem. idest omnes nequitias &
spiritales & carnales in se extingunt. ut possint dicere
cum apostolo. michi mundus crucifixus est. & ego mun-
do. Illi namque in domino moriuntur. de quibus dominus dicit.
Qui autem perseuerauerit usque in finem. hic saluus erit.
A modo iam dicit spiritus. ut requiescant a laboribus suis.
A modo idest a tempore mortis sue. requiescunt sancti
a laboribus suis. Opera enim illorum. sequuntur illos.
Quomodo sequuntur? Nonne cornelium opera sua
precesserant. cui ab angelo dictum est orationes tue
& elemosine tue commemorate sunt in conspectu dei?
Sed sequi. pro comitari posuit. Nam & exercitus qui
regem comitatur. eum sequi dicitur. cum alii prece-
dant. alii sequantur. alii ad dexteram siue sinistram ince-
dant. Opera igitur sanctorum sequuntur illos. quia mer-
ces operum illorum comitatur illos in perpetuum. Possumus
& hoc de illis spiritaliter intelligere. qui temporibus
anti christi pro nomine domini nostri ihesu christi interficiendi sunt.
Beati quippe erunt illi. & in domino morientur. qui pro
fide domini nostri ihesu christi morientur. Nunc quia penam
illorum qui in anti christum credituri sunt narrauit. beati-
tudinemque illorum qui in fide christi perseuerauerint. usque in
finem breuiter comprehendit. consequens est. ut diem iudi-
cii describat. in quo hec cuncta complebuntur. Et uidi
14 & ecce nubem candidam. & super nubem sedentem similem
filio hominis. habentem in capite suo coronam auream.
& in manu falcem acutam. & alter angelus exiit

123r

Image ID: 10686498



123v

Image ID: 10686499



dicitur. secundus botros uineę terrę in lacum magnū
ire dei misisse dictus est. Videtur itaq; michi
p messem terrę electos. p botros autē ex quib; uinū.
oritur quod mentes hominū alienat rep̄bos. ēē. de
signatos. Ista est messis. da qua dn̄s dicit in euanglō.
In tempore messis dicā messorib;. colligite pri mū
zizania et ligate eā fasciculos ad conburendum.
triticū uero recondite in horreis meis. Qui enim illic
p triticum. ipsi in hoc loco p messē designantur.
Et qui illic p zizania. ipsi in hoc loco p botros uineę
terrę figurantur. Et quia xp̄s aliter apparebit iustis.
aliter iniustis. non inconuenienter p duos angelos
figuratur. Iusti namque in ea claritate eum uidebunt.
quomodo ab angelis. et ascīs spiritib; in cęlesti bea
titudine cernitur. Impii autem in ea specie eum
uidebunt. qua ab hominibus in terra positus uideba
tur. Tolletur quippe impius. ne uideat gloriam.
Blandus itaque iustis. terribilis apparebit iniustis.
Vnde et primus sup nubem candidā sedisse. et coro
nam auream habuisse in capite describitur. Per nu
bem namque candidam. corpus eius immaculatum
designatur. P coronam ū auream. multitudo an
gelorū atque sanctorū. qui eum ad iudiciū uenientē
comitabuntur exprimitur. Similiter et una ex
terminatio p duas falces designatur. quia aliter
exterminabuntur iusti. aliter iniusti. Iustorum
exterminatio. redemptio potius dicenda est.

124r

Image ID: 10686500



sicut dn̄s dicit. Respicite & leuate capita ur̄a: qm̄
appropinquat redemptio ur̄a. Redemptio iure
uocatur. eo quod a malis temporalibus liberet. &
ad gaudia ęterna ꝑducat. impiorum autem extermina
tio. & hic grauis est. & post mortem grauior.
Dampnatio enim luctusq; ꝑpetuus eis ꝑmanebit.
Iusti despe retributionis ęternę mortem letam ex
cipient. impii uero de dampnatione ꝑpetua timidi.
tristissima morte plectentur. Alter angelus qui
exiuit de templo & clamauit uoce magna ad eum qui
sedebat sup̄ nubem dicens. Mitte falcē tuā. & mete.
electos qui in hac terra laborant designat. ꝑ templū
autem unde exisse uisus est. ęcclā designatur.
Clamauit ergo ad eum qui sedebat sup̄ nubem. ut
mitteret falcem suā in terrā & meteret. qui sc̄i uiri
uidentes mundum in maligno positum. eiusq; mise-
rias horrentes. deprecantur cotidie ut regnū dei
ueniat. in quo ab omnibus angustiis liberati. corpo-
ra ꝓpria recipient. & in eternū cum dn̄o exultabunt.
Ariditas uero messis maturitatem eius indicat.
Nam sicut messis crescit ad maturitatem. quando
arida efficitur. ita & numerus electorum usque
ad finem mundi crescet. eorumq; maturitas tunc
ꝑficietur. cū eorum numerus fuerit complętus.
Similiter & quartus angelus qui exiit de altari:
qui habebat potestatem sup̄ ignem. eandē signi-
ficationē habet: quā & secundus qui de templo

124v

Image ID: 10686501

exisse uisus est. Significat namque electos in hac
uita laborantes. Altare autem ecclam significat.
sicut et templum. Per ignem uero caritatem
possumus intelligere. quam in cordibus scorum spiri-
talibus fomentis sps scs enutrit. Sup hunc ignem
sci potestatem habere ideo dicuntur. quia et ipsi
possident caritatem. et possidentur ab ea. Iste
ergo angelus clamauit ad tertium angelum. secun
dam falcem gerentem. quem xpm significasse
diximus. ut uindemiaret botros uineę terrę. per
quos impii designantur. quia uiri sci uidentes
cotidie genus humanum a demonibus decipi. uiden
tes etiam impios florere mundum que semp ad
deteriora delabi. orant ut dies iudicii ueniat. in quo
et nequitia demonum cum ipsis auctoribus pereat.
et omnis preuaricatio cum ipsis preuaricatoribus
accipiat finem. et adducatur iustitia sempiterna
que nulla fine terminabitur. Vinea quippe mun
dum significat. que omnem impiorum multitudinem
genuit et nutriuit. Lacus uero quem infernum uoca
mus. ideo lacus irę dei dicitur. quia uindicta irę
dei in eo consummabitur. Et calcatus est lacus ex
tra ciuitatem. Per calcationem demersionem impiorum
in infernum. possumus intelligere. Per ciuitatem
autem celestem hierusalem que ex omnibus electis
constat. Extra hanc ergo ciuitatem lacus calcabi
tur. quia a consortio iustorum impii separabuntur.

Lacus ire dei

20

125r

Image ID: 10686502



& in infernum detrudentur. Sicut dns dicit in euangelio.
Exibunt angli & separabunt malos de medio iustorum.
& mittent eos in caminum ignis. ibi erit fletus &
20 stridor dentium. Et exiit sanguis de lacu usque ad
frenos equorum. per stadia sex centa. Per sanguinem. pena
impiorum designatur. Per spatium uero mille sex centorum
stadiorum. quod sanguis de lacu exiens occupauit. falsi
xpiani designantur. Qui numerus quamuis a qua
ternario. numero diriuetur. circumquaque tamen
eundem numerum seruans spargitur. finesque eius
minime transilit. Similiter & falsi xpiani fidem xpi
que in iiii libris euangelii consistit. in baptismate
suscipiunt. sed arctam & angustam uiam que intra
angustias quaternarii numeri concluditur relinquen
tes que ducit ad uitam. per latam & spatiosam huius
scli uiam que ducit ad mortem incidunt. Verum
a quaternario numero non recedunt. quia quamuis
opa xpianitatis non habeant. nomen tamen xpianita
tis non amittunt. Sanguis ergo de lacu exiuit. &
mille sex centa stadia occupauit. quia ea pena que
demones & omnes incredulos obsorbebit. etiam falsos
xpianos qui fidem uisi sunt habuisse. sed opa fidei non
habuerunt illa que abit. Per equos uero falsi pasto
res ecclem designantur. qui officium regiminis non
pamore dei sed pamore seculi suscipiunt. Per frenos
quibus equi reguntur. eorum doctrina designatur.
Habent quidem falsi pastores doctrinam in ore ne

Equi

125v

Image ID: 10686503



ab officio funditus alieni uideantur. sed phariseorum
exemplum sequentes. dicunt & non faciunt.
Et quia aliud non possunt docere nisi quod euange-
lium loquitur. & in predicatione sua annuntiant
peccatoribus quas penas patiantur nisi corrigan
tur. usque ad frenos equorum sanguis peruenit. quia
penas quas peccatoribus minati sunt nisi corrigaren
tur ipsi quia uitia sua deserere noluerunt experi
entur. Et uidi aliud signum in celo. magnum & mira
1 bile. Angelos vii. habentes vii. plagas nouissimas.
quam in illis consummata est ira dei. Sicut superius
ante quam ad narrationem vii. angelorum tubis canen-
tium ueniret. eorum mentionem facere studuit. ita
& hic ante quam ad vii. angelorum fialas habentium
narrationem ueniat: eorum mentionem facit. ut in dicet
magna misteria in eorum uisione contineri. Sed de
his in sequentibus quod dominus dederit dicemus.
2 Et uidi tamquam mare uitreum mixtum igni.
& eos qui uicerunt bestiam & imaginem eius. & nume-
rum nominis eius stantes super mare uitreum ha-
3 bentes cytharas dei. & cantantes canticum moysi serui
dei. & canticum agni dicentes. Quid significet
mare uitreum. superius in uisione secunda diximus.
Sed illic tamquam cristallum esse dicitur. hic autem
mixtum igne. & quia cristallum eximie claritatis est.
ignem quod de se cum calorem solis acceperit solet emit-
tere. eandem significationem habet illic cristallum:

126r

Image ID: 10686504



quod & hic ignis. Significant namque spiritalem
intelligentiam. quę in diuinis scripturis inuenitur.
Mare igitur uitreum. mixtum est igni. quia diui-
na scriptura mixta est spiritalibus intellectibus.
Sup mare itaque uitreum. hi qui bestiam uicerunt
stare uisi sunt. quia sci dei qui contra anti xpm pug-
naturi sunt. in preceptis diuinarum scripturarū
gressus figent. nullaque impulsione uentorum a sua
fide moueri poterunt. Per cytharas uero quas
habebant. mortificatio carnis designatur. Canticū
autē moysi uetus testamentū. canticum agni nouū
demonstrat. Canticum ergo moysi. & canticum
agni cantabant. quia & uetus & nouum testamentū
sci predicabunt. Quod canticum quale sit. audiamus.
Magna & mirabilia opa tua dne ds omps. iustę & uere
4 uię tuę rex seculorum. Quis non timebit te dne & mag-
nificabit nomen tuū. quia tu solus pius es. qm oms
gentes uenient & adorabunt in conspectu tuo. qm
iudicia tua manifesta sunt. Concordat hoc canti-
cum. cum ueteri & nouo testamento. Nam septem
benedictiones ibi inueniuntur. que vii partibus de
quibus superius diximus. coaptari possunt. Prima
quippe benedictio est. magna & mirabilia opa tua
dne ds omps. Que primo tempori conuenire potest.
in quo factum est cęlū & terra omsq; creaturę. quę
ualde sunt mirabilia. Secunda est. iuste & uerę
uię tuę rex seculorum. Quę congruit parti secundę

126v

Image ID: 10686505



inqua omnes creaturę quę habebant spm uitę · iustis-
simo dī iudicio aquis diluuii deletę sunt · Tertia est:
quis non timebit te dne? Quę tertię parti · his uide-
licet quibus lex data est congruit · qui timore
potius quam amore: legis mandata exercebant.
Quarta est · & magnificabit nomen tuū · Quam p
phetis conuenire manifestum est: qui nomen dī &
predicationibus · & scriptis magnificauerunt.
Quinta est · quia tu solus pius es · In v. parte aduen-
tum xpi posuimus · inqua dns nr qui solus pius est:
& homo fieri p salute generis humani & pati &
mori dignatus est · Sexta est · qm omnes gentes
uenient · & adorabunt in conspectu tuo · Mani-
festū est post ascensionem dni omnes gentes ad
fidem xpi uenisse · quas in sexto loco posuimus.
Septima est · qm iudicia tua manifesta sunt ·
Quam ad diem iudicii pertinere manifestum est.
inquo iudicia dī · iusta · & uera ee · manifestabuntur.
A cuius iudicii dampnatione · nos misericordia
& pietas dni · & redemptoris nri liberare digne-
tur · qui cum patre & spu sco uiuit & regnat
in sęcula seculorum · amen ·

5 Et post hęc uidi · & ecce apertū est templum
tabernaculi testimonii in cęlo · & exierunt
6 vii · angeli habentes · vii · plagas de templo uestiti
lapide mundo candido · & precincti circa pecto-
7 razonis aureis · & unus ex quattuor animalibus

127r

Image ID: 10686506



dedit .vii. angelis .vii. phialas aureas plenas iracun-
die dī viuentis in sclā sclōr. Et impletū est templū
8 fumo a maiestate dī. & de uirtute eius. & nemo pote-
rat in templū intrare. donec consūmarentur .vii. pla-
ap xvi ge .vii. angelor. Et audiui uocē magnā de templo
1 dicentē .vii. angelis. Ite & effudite .vii. phialas ire dī
2 in terrā. Et habiit primus. & effudit fialā suā in terrā.
& factū est uulnus seuū ac pessimū in homines qui ha-
bent caracterem bestie. & eos qui adorauerunt imagi-
3 nē eius. Et secundus effudit phialam suā in mare. &
factus est sanguis tamquā mortuus & omīs anima
4 uiuens mortua est in mari. Et tertius effudit phia-
lā suā sup flumina & sup fontes aquarum. & factus
5 est sanguis. Et audiui angelū quartū dicentem.
Iustus es qui es & qui eras. scs qui hec iudicasti. quia
6 sanguinē scōr & pphetarū fuderunt. & sanguinem
7 eius dedisti bibere ut digni sunt. Et audiui ab alta-
re dicens. Dnē ds omps. uera & iusta iudicia tua.
8 Et quartus effudit phialam suā in solē. & datum ē.
9 illi estu afficere homines igni. & estuauerunt oms
estu magno. & blasphemauerunt nomen dī habentis
potestatē sup has plagas. neq; egerunt penitentiā
10 ut darent illi glām. Et quintus effudit phialam
suā sup sedē bestie. & factū est regnū eius tenebro-
sū. & con manducauerunt linguas suas p dolore.
11 & blasphemauerunt dm celi p doloribus & uulne-
ribus suis & non egerunt penitentiā ex opibus suis.

127v

Image ID: 10686507



Cap 15

12 Et sextus effudit phialam suam in flumen illud magnum eufra-
ten. & siccauit aq eius. ut p̄pararetur uia regib; ab ortu solis.
13 Et uidi de ore draconis. & de ore bestie. & de ore pseudo pphe-
te sp̄s tres inmundos in modum ranarum. Sunt enim sp̄s demo-
14 niorum facientes signa. & pcedent ad reges totius terre. con-
gregare illos in prelium ad diem magnum dei omnipotentis.
15 Ecce uenio sicut fur. beatus qui uigilat & custodit uesti-
menta sua. ne nudus ambulet. & uideant turpitudi-
16 nem eius. Et congregauit illos in locum. qui uocatur hebraice
17 armageddon. Et septimus effudit phialam suam in aerem.
& exiuit uox magna de templo a throno dicens; factum est.
18 Et facta sunt fulgura & uoces & tonitrua. & terremotus
factus est magnus. qualis nunquam fuit ex quo oms fuerunt
sup terram. talis terremotus magnus. Et facta est
19 ciuitas magna in tres partes. & ciuitates gentium conci-
derunt. & babilon magna uenit in memoria ante dm̄.
20 dare ei calicem uini indignationis ire eius. & omis insula
21 fugit. & montes non sunt inuenti. Et grando magno
sicut talentum descendit de celo in homines. & blasphema-
uerunt dm̄ homines p pter plagam grandinis. qm̄ magna
Cap XVij. facta est uehementer. Et uenit unus de vii. angelis qui
1 habebant. vii. phialas. & locutus est mecum dicens. Ueni
ostendam tibi dampnationem meretricis magne que sedet
2 sup aquas multas. cum qua fornicati sunt oms reges terre.
& inebriati sunt qui inhabitant terram. de uino pstitu-
3 tionis eius. Et abstulit me in desertum in spm̄. & uidi
mulierem sedentem sup bestiam coccineam. plenam nomi-

Image ID: 10686508



nibus blasphemię habentē capita vii & cornua decem.
4 Et mulier erat circūdata purpura & cocco & inaurata
auro & lapide pretioso & margaritis habens poculum
aureū in manu sua plenū abominatione & immundicia
5 fornicationis ei & nomen scriptū misterium Babylon magna
mater fornicationū & abhominationū terrę. Et vidi
6 mulierem ębriam de sanguine sanctorū & de sanguine marty
rū ihū & miratus sum cum vidissem illam admiratione mag
7 na. Et dixit michi angelus. Quare miraris? Ego tibi dicā
sacramentū mulieris & bestię quę habet capita vii & cor-
8 nua x. Bestia quā vidisti fuit & non est & ascensura est
de abysso & in interitum ibit & mirabuntur inhabitantes
terra quorum non sunt scripta nomina in libro vitę a con
stitutione mundi videntes bestiam quę erat & non est.
9 Hic est sensus qui habet sapientiā. Septē capita vii
montes sunt sup quos mulier sedet & reges vii sunt.
10 Quinq; ceciderunt unus est & alius nondū venit.
Et cum venerit oportet illū breui tempore manere.
11 Et bestia quę erat & non est & ipsa octaua est & de vii
12 est & in interitum vadet. Et decem cornua que vidisti x
reges sunt qui regnū nondū acceperunt sed potestatē
tamquā reges una hora accipiunt post bestiam.
13 Hi unū consiliū habent & virtutem & potestatē suam
14 bestię tradent. Hi cum agno pugnabunt & agnus vincet
illos quia dns dominorum est & rex regū & qui cum illo
15 sunt vocati electi & fideles. Et dixit michi. Aquas quas
vidisti ubi meretrix sedet populi sunt & gentes &

128v

Image ID: 10686509



129r

Image ID: 10686510



129v

Image ID: 10686511



Cap. 16

21 iudicauit dñs iudiciũ urm̃ de illa. Et sustulit unus angl̃s
fortis lapidẽ quasi molarẽ magnũ. & misit in mari dicens.
Hoc impetu mittetur babylon magna illa ciuitas. & ultra
22 iã n̄ inuenietur. & uox cytharedoꝝ & musicoꝝ & tibia canen-
tium. & tuba non audietur in ea amplius. & lux lucerne non
23 lucebit ibi amplius. & uox sponsi & sponse non audietur
adhuc in te. quia mercatores tui erant principes terre.
quia in ueneficiis tuis errauerunt om̃s gentes. & in ea san-
24 guis ꝓphetarũ. & sanctoꝝ inuentus est. & omnium
Cap. XIX 1 qui interfecti sunt in terra. Post hec audiui quasi
uocem magnã tubaꝝ multaꝝ in celo dicentiũ alleluia.
2 laus & glã & uirtus dõ nr̃o est. quia uera & iusta iudicia
eius sunt. quia iudicauit de meretrice magna. que corrupit
terrã in ꝓstitutione sua. & uindicauit sanguinẽ scõꝝ
3 suoꝝ de manu eius. Et iterũ dixerunt all̃. & fumus eius ascen-
dit in sclã sclõꝝ. & xx.ti iiii.or seniores ceciderũ in facies suas &
4 iiii.or animalia. & adorauerũ dñm sedentẽ sup thronũ. dicen-
5 tes amẽ. all̃. & uox magna de throno exiuit dicens. Laudẽ
dicite dõ nr̃o om̃s sci eius. & qui timetis eũ pusilli & magni.
6 Et audiui quasi uocẽ tube magne. & quasi uocẽ aquarũ
multarũ. & quasi uocẽ tonitruũ magnoꝝ dicentiũ all̃.
7 qm̃ regnauit dñs dñs nr̃ omp̃s. gaudeamus & exultemus. &
demus glãm ei. qia uenerunt nuptie agni. & uxor eius ꝑpa-
8 rauit se. & datũ est ei ut quo opiat se bissino splendens
candidũ. Bissinũ enĩ iustificationes sũt scõꝝ. & dicit michi.
9 Scribe. Beati qui ad cenã nuptiarũ agni uocati sũt. & dixit
10 mi. Hec uerba uera dei sũt. Et cecidi ante pedes eius ut adorẽ

130r

Image ID: 10686512



130v

Image ID: 10686513



2 Et apprehendit draconē. serpentē antiquū. qui est dia-
bolus & satanas. & religauit eū p annos mille. & misit
3 eū in abissum. & clausit & signauit sup eū. ut non seducat
amplius gentes. donec consūmentur mille anni.
Et post hec oportet illū solui modico tempore.
4 Et uidi sedes. & sederunt sup eas. & iudiciū datū est illis.
& animas interfectoꝝ ppter testimoniū ihū. & ppter
uerbū dī. & qui non adorauerunt bestiā. neq; ima-
ginē eius. nec acceperunt caractærem eius in fron-
tib; aut in manib; suis. & uixerunt & regnauerūt
5 cū xpō mille annis. Ceteri uero mortuoꝝ non uixe-
runt. donec consummentur mille anni. Hec est re-
6 surrectio prima. Beati qui habent partē in resurrec-
tione prima. in his secunda mors non habet potesta-
tem. sederunt sacerdotes dī & xpī. & regnabunt
7 cum xpō mille annis. Et cum consummati fuerint
mille anni. soluetur satanas de carcere suo. & exibit &
8 seducet gentes. que sunt sup quattuor angulos terre.
gog. & magog. & congregabit eos in preliū. quoꝝ nume-
9 rus est sicut arena maris. Et ascenderunt sup altitudi-
nem terre. & circumdederunt castra sanctoꝝ. & ciui-
tatem dilectam. Et descendit ignis adō de celo. &
10 deuorauit eos. & diabolus qui seducebat eos missus est
in stagnum ignis & sulphuris. ubi & bestia & pseudo pro-
pheta. & cruciabuntur die ac nocte in
secula seculorum.
LIBER QUINTUS.

131r

Image ID: 10686514



Visio quinta ad cuius sensus.

Elucidandos dn̄o iuuante ꝑuenimus. Ex maxima parte
uisioni superiori concordat: de cuius intelligentia usq; modo
quod dn̄i grā largiri dignata est diximus. Nam sicut illic
septem angeli uisi sunt. quibus datę sunt septem tubę. ita et hic
septem angelis. septem phialę datę fuisse memorantur.
Et sicut in cantu tubę primi angeli grando magna terram
percussit: ita et in effusione phialę primi angeli: omnes qui per
terram sepe designantur: pessimis uulneribus percussi esse
dicuntur. Et quemadmodum in cantu tubę secundi angeli:
tertia pars maris in sanguinem uersa est: similiter et in effusione
phialę secundi angeli: totum mare in sanguinem uersum
fuisse describitur. eundem sensum secuturi. Sed qualiter
isti cum superioribus concordent. in sequentibus dicemus.
Eandem ergo significationem habent isti: quam et illi.
Significant quippe predicatores: qui fuerunt ab initio. et
usq; ad finem. Sed ideo bis ponuntur: quia sicut superius
demonstrauimus: ea quę sub cantu tubę primi angeli: secundi
tertii. atq; quarti. gesta fuisse uisa sunt: ad electos ꝑ
tinent. Porro quę sub cantu tubę. quinti. sexti. atq; sep
timi angeli. facta fuisse referuntur. quibus et tria uę
contingunt. in quibus persecutiones ecclesię: quas ab
hereticis et a paganis passa est: et ab anti xp̄o in fine mundi
passura est describuntur. ex una parte ad rep̄bos. ex altera
ad electos ꝑtinent. quia impii ex malo quod pius in
gerunt penā ꝑpetuam. iusti uero ex malo quod ꝑferunt
glām sempiternā sibi adquirunt. Omnia itaq; quę

131v

Image ID: 10686515



Cap XV

sub effusione phialarum · septem angelorum describuntur ·
ad reprobos pertinent · Unde et primi tubis quibus exerci
tus dei ad pugnam provocabatur cecinisse dicuntur · sequen
tes autem phialas plenas iracundie dei · super impios effudisse
5 referuntur · Post hec vidi · et ecce apertum est templum
tabernaculi testimonii in celo · In exodo scriptum est · quod
fecerit moyses tabernaculum in deserto · postea vero
a salomone · iam populo in terra repromissionis degente ·
templum edificatum est · Per desertum igitur hoc seculum ·
per tabernaculum quod de loco ad locum transfertur · presens
ecclesia designatur · Que deserto huius seculi cotidie ad celes
tem beatitudinem transit · pergitque de virtute in virtutem ·
ut videat deum deorum in sion · Unde et cortine tabernaculi ·
que diversis coloribus depicte erant · pellibus tegebantur
et cilicius · ut demonstrarent mortificationem carnis atque
humilitatem · custodiam esse virtutum · Quid autem per terram
repromissionis · nisi celestis patria designatur · quam repro
misit dominus diligentibus se · Et quid per templum quod ex
optimis lapidibus edificatum fuit figuratur · Nisi celestis
hierusalem que ex vivis lapidibus cotidie edificatur · Quod
ergo dicit · apertum est templum ecclesie · Templum vero ecclesie
quid est aliud · nisi celestis patria · In hoc templo psalmista
habitare desiderabat · cum dicebat · Unam petii a domino
hanc requiram · ut inhabitem in domo domini omnibus diebus
vite mee · Hoc itaque templum per xpm apertum est · quia
aditus regni celestis per eum omnibus fidelibus pate factus
6 est · Et exierunt septem angeli habentes septem

Image ID: 10686516



plagas de templo: uestita lapide mundo candido. & precincti
circa pectora zonis aureis; Si per templum celestis patria.
& per septem angelos predicatores designantur. Quomodo
de templo exisse dicuntur? Numquid sci de illa celesti patria
ad predicandum descendunt? Sed sci predicatores quasi
de celesti patria exeunt. cum ab illo mittantur qui est
glia sanctor. & a quo omnis doctrina eorum procedit. Qui
septem plagas habuisse dicuntur. Et superius. Septem
plagas habuisse dicta sunt. eo quod in illis consummata sit
ira dei. Si septem plagas iracundie dei habuerunt: quomodo
sancti fuerunt? Sed habuerunt sancti dei plagas
septem. in potestate non in pena sua. Dns namq; dicit in
euangelio. In regeneratione cum sederit filius hominis
in sede maiestatis sue. sedebitis & uos sup sedes duodecim.
iudicantes duodecim tribus israel. Septem autem plagas:
septem uitia principalia. ex quibus oia mala oriuntur
designantur. Septem igitur plagas. septem angli habuisse
uisi sunt. quia predicatores sci in die iudicii. vii. uitia
principalia. id est oms operatores malor. ita in potestate
habebunt. ut eor iudicio perpetua pena plectantur.
Consummata est uero in sanctis predicatoribus ira dei.
id est p illos. quia eor iudicio ira dei perficietur.
Possumus septem plagas aliter intelligere. Superius
ome corpus impior. in vii. partes diuisimus. Septem
ergo plage. sunt peccata. que unicuiq; parti a pau
conueniunt. Aliter enim iudicabuntur hi qui ante
diluuiu fuerunt. populumq; di coniunctione femine

132v

Image ID: 10686517

deceperunt. aliter hi qui post diluuium idolatriam: diuer
sosq; errores inuenerunt. pque genus humanũ deceptũ est.
Aliter hi qui sub lege fuerunt. et mandata dei non custodie
runt. aliter pseudo pphete: qui poplm̃ dei deceperunt.
Aliter impii iudei: qui dn̄m interfecerunt. et aplos eius
p secuti sunt: aliter p secutores ecclẽ qui fidem xpi ex
tinguere conati sunt. aliter ministri anti xpi. qui xpm̃
deserturi. et anti xpm̃ sunt secuturi. Has itaq; plagas
sci dei in potestate habebunt. qua singuli eos qui suis tem
poribus fuerunt: eorumq; monita contempserunt.
suo iudicio ppetua pena dampnabunt. Plapidem uero
mundum atq; candidum: quo septem angli uestiti fuisse
